


S. J. n A-14-281

22.a. 8

27.

GRANADA	
1. 11	A
1. 14	14
1. 14	
1. 14	281

19-6-14



15-281





5

ALPHONSUS

G A R S I A S

M A T A M O R O S,

HISPALENSIS, OLIM PRIMARIUS

COMPLUTENSIS RHETOR

DE ASSERENDA HISPANORUM

ERUDITIONE:

SIVE DE VIRIS HISPANIÆ DOCTIS

E N A R R A T I O.

OPUS NOVITER EDITUM

Illustrissimo Domino D. Fr. Gaspari


à Molina & Oviedo, integerrimo

Supremi Senatus Præfecto


adscriptum.

---

MATRITI: Ann. 1736.



1782-N



De Don Joaquin Miguel de  
Almansa y Uriarte.

L  
M  
n  
F  
C  
  
I

ILLUSTRISSIMO,

ET EXCELLENTISSIMO

DOMINO D.

FR. GASPARI

A MOLINA, ET OVIEDO,

LÆTANIAM NUPER, NUNC

Malacitanum populorum dignissimi

Præsuli, Supremo Hispaniarum








Prætorio integerrimo Præsecto, gra-

ciarumque Apostolic. Generali Com-

missario, & disertissimo

Dispensatori.

ILL<sup>ME.</sup> ET EXC<sup>ME.</sup> DOM.

 Illustrium virorum  
 **I**  cœtus Illustrissimum  
 appetit Protectorem,  
 ut in simili sua quis-  
 que gaudeat (ex Aris-  
 totele) sympatica iu-

cunditate: Unde Ovid. (A)

(A)

*Scilicet ingenijs aliqua est concordia 2. Pont. 5.*

*iunctis,*

*Et servat studij fœdera quisque sui.*

*¶*

*Rus.*

*Rusticus Agricola, miles fera bella  
gerentem,*

*Reſtorum dubia navita puppis amat*

De Hispanorum eruditione eruditissimus egit Ildefonsus Garſias à Matamoros, singulos egregios viros litteris perillustres in Patriæ memoriam quodam velut postliminij iure, è temporum lapsu penè consumptam revocans, Diodori (b) sententiam imitatus; eo quod per angustiam vitæ hominum impossibile sit alioqui secula tota memoria coniungere. Virtutemque Procerum posteris in exemplum relinquens, ut horreo, penuque repositam (inquit (c) Ioan. Campan.) instruenda posteritati tanquam familia alenda reservaret. Quod antiqui munus, fabulosis adinventionibus Nymphæ, Clio tribuerant: De qua Virgilius. (d)

(b)  
*In Proœm.  
Vit. Philip.  
Æ Alexand.*

(c)  
*In Præfat.  
ad lib. Andr.  
Brach. de Re-  
bu. gest.*

(d)  
*6. & 8. Æ.  
glog.*

(e)  
*Lib. 2. cont.  
Apion.*

*Clio gesta canens transactis tempora  
reddit.*

Ægyptij verò, necnon, & Babilonij Sacerdotibus commendabant, de quorum diligenti cura testatur Iosephus (e) in his: *Quoniam verò  
apud*

apud Aegyptios, & Babilonios ex  
longissimis olim temporibus circa  
conscriptiones diligentia fuit, quan-  
do Sacerdotibus erat iniunctum.

Primus verò inter fideles Moyses,  
asseritur ab Eusebio: (f) Undè (in-  
quit) Sapientissimus ille Moyses,  
cuiusque hominis vetustissimi vitas  
Habreorum conscripsit; Divino præ-  
eunte præcepto, quod legitur in  
Sacra pagina: (g) Dixit Dominus  
ad Moysen scribe hoc ob monimen-  
tum in libro. Librum ergo vetus-

tium Hispanorum scripsit noster  
Ildefonsus, qui si in humanis esset  
tuz Profecto Illustrissimæ Celsitu-  
dini magnetico impulsus affectu li-  
bentè sacraret; imò avidus, &  
suplex in tutamen quæreret, & ab  
Oriente primum lumen tuis splen-  
didissimis auspicijs securus acce-  
pisset. Non in ortu, set in itera-  
ta edictione, quando vix nec Au-  
ctoris noticia præ manibus inve-  
nitur (denuoque nasci dicetur (h)  
quia, è tenebris vindicatur) tuz  
ambije magnitudinis asylum. Per-  
terrebat non neminem fortè iniu-

(f)  
Lib. II. de  
Præparat.  
Evangel.

(g)  
Exod. 17. 9.  
14.

(h)  
Cicer. in Cal-  
tilin.

fia exprobraturum , ac cunctan-  
tius etiam huc animum appullif-  
sem , nisi dubitandum vestrae  
celitudinis patrocinium confirmas-  
set : Cui propterea hoc renascens  
opus inscribere volui dicam , an  
debui , quod suo sibi , iure  
vindicat qui sub obtutu , & inte-  
gritatis culmine parvuli Protecto-  
rem se praebuit , & e manu calum-  
niantium Divino annuens institu-  
to , (i) innocentem liberavit : Nec  
semel ac bis , sed saepius in sui  
tutelam ascrivit. Unde siquid meum  
in antiquorum sopita eruditione  
luci iterum reddenda inveniri pos-  
sit , vestrae Dominationis proprium  
iuris , & aequitatis ratio instantem  
proclamat,

(i)  
Psalm. 34.  
& Proverb.  
29.

Peregrinarum virtutum laudes  
pro more cogebam annectere : Quis  
verò talia sanae mentis ausurus , ni-  
icaream iacturam minime verear-  
etur experiri? In rebus magnis po-  
tius tacere quam parva aut inepte  
loqui suademur ; (j) in tam faecun-  
da tamen relevantiam virtutum  
gaudentia nihil prorsus loqui ni-  
mis

(j)  
Servius sup.  
Virgil. I. Aë-  
neid. Quin-  
til. lib. 2. cap.  
8.

nis tepidum metuendum : hinc,  
& teneræ locutionis meæ , & in-  
sursus iræ magnificentiæ tuæ ob  
singularis modestiæ compaginem  
vulneratum terret aspectus : illinc,  
& ignaviæ nota , & fœdissimæ  
ingratiitudinis urit imago. Hæc dum  
anxius meditabar Ægyptiorum sub-  
tilis , & alta hieroglyphica locutio  
venit in mentem , qua nec in ver-  
bis fastidium , nec in laudibus pu-  
dor , unufquisque enim ingenio  
( nec vulgari tamen ) legebat quod  
pictura ænigmaticè loquebatur. (K)  
Quid vero in hieroglyphico ta-  
cens loquerer iterum anxium me  
reddidit : cum apud historiogra-  
phum Henrici Valesij eius nomi-  
nis secundi Galliarum Regis legif-  
se memini , Principi dum Bono-  
niæ degeret , allatum stupenda spe-  
cie , & natura lapidem , videlicet  
lumine , & fulgore mirabiliter co-  
ruscantibus , quique totus , veluti  
ardens , incredibili splendore mi-  
cuit , & iactis quoquo versus ra-  
dijs ambientem aerem luce , nullis  
penè oculis tolerabile latissimè

(k)

Phil. Jud.  
*in Vita Moys.*  
Clem. Ale-  
xandr. *lib. I.*  
*Srom. Div.*  
August. *lib.*  
*18. de Civit.*  
*Dei, cap. 39.*



Complevit: fuitque in eo cum primis memorabile, quod terræ in patientissimus, si cooperiretur, sua sponte, & vi, facto impetu evolavit in sublime: contineri vero includivè ullo loco angusto ulla humana arte non potuit, ut nihil nisi ampla liberaque loca amare videretur. Summa in eo puritas, eximius nitor, nulla sordide aut labe coinquinatus, nec coinquinabilis: cumque fuerit aspectu longè pulcherrimus contrectari tamen, sese impunè non passus est, & diutius contrà adnitentibus, aut obstinatus cum eo agentibus incommodum attulit, quod quam plurimi multis spectantibus suo malo compererunt: si quid ex eo in nixius conando detractum fuit (non enim usque adeo intractabilis in eo erat durities) nihilo factus est minor. Hæc, & alia de lapidis inaudita præciositate referunt; subdit tamen idem Historiographus, mercatorem, qui lapillum attulleræ dixisse huius vim ac virtutem esse ad quam plurima curæ utilem, tum

is qui Republicam moderaretur necessariam, sed non revelatum, nisi tam ingenti prius accepto pretio, quod illius magnitudine deterritus Rex opulentissimus hospitem dimisisset. Sed ut inaudita lapilli species (cuius similem vel unquam visam veteribus à nemine accepimus) suo præfulgido iubare mirabundos intuentium animos splevit, ita mihi eius naturam, & virtutem contemplanti miriphicè ad instituti propositum implendum deærvire visa est. In lapillo enim supereminens resplendet prætiostitas

(l) maiora prospicientibus indicans, (m)eundemque foelicium dierum numerationi intervissè videmus apud Persium Romanorum doctissimum, qui cum Macrino Imperatore de exaltatione ad Thronum loquens, ait: *Hunc Macrine diem numerà meliore lapillo; undè suapte natura nitor, & foelicitas committantur. Sed in miranda propositi lapilli raritate cæterorum si animadvertimus longè latèque superat splendorem. Cum ergo clemens idem Alexandrinus* (n)

*Ægypt=*

(l)

Horat. i.  
*Serm. satyr.*  
2. Plin. lib.  
6. Sil. lib. i  
Sen. de Erc  
furent.

(m)

Exod. cap.  
28. vers. 9.  
10. & seq.

(n)

Lib. 5. Strom.

Ægyptios nonnunquam hiérogly-  
 phicis usos affirmet non in figuræ  
 topographica delineatione , sed in  
 illius proprietate , & virtutibus,  
 virtutum , & proprietatum obiecti  
 methaphorica pîctura , si atentè  
 scrutemur , undique facilis erit  
 translatio. In sedanda etenim incli-  
 tē Augustinianæ familiæ domesticæ  
 discordia , taliter lumen , & fulgor  
 eloquentiæ micuit , adeoque igneus  
 charitatis affectus ardere visus est  
 in Cordubensi Cœnobio , ut iactis  
 quoquo versus radijs ambientem  
 aerem luce fraternæ dilectionis  
 compleret , fulgentemque iridem,  
 pignus fœderis sempiterni (o) con-  
 corditer stabiliret. Terrenæ seditio-  
 nis impatiens , licet terreno coope-  
 riretur affectu , divina quærens evo-  
 lavit in sublime. Ad maiora natus  
 nunquam potuit Magnanimitatis  
 vestræ altitudo loco ullo angusto  
 contineri , nec minoribus aut vo-  
 luptatum , & vanitatum studijs in-  
 tercludi , iuxta illud Chrisologi:

(o)  
 Gen. cap. 9.  
 vers. 16.

(p)  
 D. Per. Chri-  
 sol. de Cu-  
 riar. Nug.

(p) *Omnino iniquum est nobiliora  
 ingenia studijs deponere art minori-*

bus : & quos ardua , & graviora  
spectant officia , vanitatis , & vo-  
luptatis occupationibus agitari. Pu-  
ritas summa , & eximius nitor , nu-  
lla sordē aut labe coinquinatus , nec  
coinquinabilis prædicantur de celsi-  
tudinis vestræ operibus , quæ ve-  
riorem panegyricum de his exto-  
llunt : (q) Aspectum a facilitate  
gravem , sed contrectatoribus ter-  
ribilem quam plurimi cuncto His-  
paniarum Orbe spectante suo ma-  
lo compererunt : Nondum cate-  
ris proprius , quod tot affectus  
detractionibus in nihilo factus es  
minor. Cunctis tandem ubique  
est notissimum , vestræ magnifi-  
cenciæ virtutem vim habere ad  
quam plurima , precipuè vero ad  
Rempublicam moderandam omni-  
bus numeris absolutam. Serena  
igitur fronte suscipe hoc humi-  
litate servi tui munusculum ; illus-  
trisque in ortu , illustris in Pa-  
tris , illustris in Sæculo , illustris  
in Claustro , & illustris in Solio  
volumen Hispanorum illustrina fa-  
ve , huncque tuum obsequentif-  
simum

(q) <sup>7</sup>  
Matth. cap.  
12. 33.

simuni benigniter foue Domine  
Clementissime ; Cui vitam , & fec  
licitatem.

S. S. E. D.

Vestrae celsitudinis devotissimus  
subditus.

Licenciatus D. Andreas Diez  
& Navarro

VITA

# VITA ET OPERA AUTHORIS

ex D. Nicolao Antonio, in Bibliotheca Hispana.

**A**LPHONSUS Garcias Matamoros, Hispanicus, atque in Patria, ut audio, almae sedis canonicus; vir multa eruditione, latinique sermonis puritate percelebris, ni cum podagra, & alijs infirmitatibus (quod ipse *pro assertenda Hispanorum Eruditione Apologetico*, & ad Libellum *de Informands stylo* praefatus refert) assiduo esset conflictatus, in his utique, quorum egregia sunt ornatæ dictionis apud nos merita, non nulli facile postponeretur. Ornatum prænobili, candida, rotunda, & numerosa eloquentia, eruditioneque non contemnenda Jacobus Gaddius in opere suo *de Scriptoribus non Ecclesiasticis* æstimatum, Antonij Nebrissensis laudes memorans. Setabi apud Valentinos Liczum moderabatur eo tempore quo in *Quartum Antonij Nebrissensis Librum* elucubravit; antebiennum, anno scilicet MDXXXIX. eò ad Grammaticam, & eloquentiam docendam evocatus. Scholam mox complutensem Rhetor, ac examinandæ in Grammaticis Iuventuti ad maiora transitum paranti præpositus, admodum illustravit; quo tempore & Ambrosius Morales

les Cordubensis eidem Gymnasio dicendi ar-  
tem eloco superiori commonstrabat. Eloquen-  
tia in eo opere quae astitam celebritatem ipse sibi  
confidenter his verbis arrogat, Sobannium  
Academiae Rectorem laudans, de quo mox di-  
simus. *Ille qua me quondam apud vos sapissimè  
dicentem commendarunt, vox suavis, & cano-  
ra, firma latera, vultus gravis, & enectus,  
fulgura, & tonitrua verborum, quibus (quod  
sine arrogancia, aut invidia dicam) totum hoc  
Theatrum commovere solebam, atate, & mor-  
bo diformata omnia conciderunt. Hunc Alphon-  
sum resgestas Francisci Ximenij Cardinalis stylo  
ducens Alvarus Gomezius, atque item carmi-  
ne Benedictus Arias Montanus Olim pro dig-  
nitate celebrarunt. Edidit hæc. De Ratione di-  
cendi, libros duos, quibus accessere singulo-  
rum generum orationes. Compluti apud Broca-  
rium 1548. 8. & apud Andream de Angulo  
1561. in 8.*

*De tribus dicendi generibus, sive de recta in-  
formandi styli ratione. Compluti. 1570. 8.*

*De methodo concionandi iuxta Rhetoricæ Ar-  
tis præscriptum. Ad Garthiam Loaisam Archidia-  
conum Carracensem. Compluti. 1570. 8.*

*Methodum Constructionis. Compluti. 1553.*

*Orationem habitam in Doctoratu Theologiae  
Didaci Sobaños Academiae compluti Moderatoris.*

Ibi

Ibidem apud Brocarium. 1558. 8.

In Aelii Antonij Nebfiffensis Grammaticæ IV.  
Librum Scholia. Ad Franciscum Borgiam Epif-  
copum Teanenſem. Valentia. 1539. 8. Quod  
ipſum credo eſt opus de methodo constructionis.  
De Academijs, & doctis viris Hispania, ſive  
pro Afferenda Hispanorum eruditione Narra-  
tionem Apologeticam: In quo M. Tullium, ve-  
teres Romæ Oratores celebrantem in Bruto,  
ante oculos habuit. Hæc quidem edita eſt in  
Hispana Illustrata opere editionis Francofur-  
tenſis; prius tamen compluti apud Alphoſum  
Xaramillo in 8. anno 1553.



IN LAUDEM AUTHORIS ; ET OPERIS  
*de Afferenda Hispanorum eruditione.*


EPIGRAMMA.

**S**anguine signabat laudes , ferroque secabat  
Nostra suis lauros Martia turba comis.  
Verum non Marti totam se dedit uni:  
Ornabant animos otia docta suos.  
Invida Fama tamē; cunctos ne hauriret honores,  
Hesperia , & reliquis gentibus esset inops.  
Nullo inter Populos divisi iure triumphos;  
Et potior nobis gloria dempta fuit.  
Martis concessit lauros , renuitque Minervæ;  
Rarò namque simul Numen utrumque favet.  
Perculit Alphonsum gravis hæc iniuria famæ  
Vindictamque suis viribus ille parat.  
Mendacem solus famam convincere posset;  
Ast niti exemplo noluit ille suo.  
Utque suos alijs detractos ferret honores,  
Nostrorum iunxit nomina magna virum;  
Arma togæ cedunt , cedit nunc laurea linguæ;  
Ulcoremque habuit nostra Minerva suum.  
Devicit Famam calamo , totumque replevit  
Orbem doctrinæ gentis honore suæ.  
Quanta nunc laudes , quâti sunt redditi honores;  
Hispanæ genti : gloria tota sua est.

## LICENCIA DEL CONSEJO.

**D**ON Miguèl Fernández Munilla , Secretario del Rey nuestro Señor , su Escrivano de Camara mas antiguo , y de Gobierno del Consejo : Certifico , que por los Señores de èl se ha concedido licencia à Don Andrés Díez Nabarro , Abogado de los Consejos , para que por una vez pueda reimprimir , y vender un libro , intitulado : *De Viris Illustribus , de Ratione Dicendi* , su Autor Alonso Matamoros , con que la reimpression se haga por el exemplar , que sirve de original , que va rubricado , y firmado al fin de mi firma , y que antes que se venda , se trayga al Consejo dicho libro reimpresso , junto con el exemplar , y certification del Corrector de estàr conformes , para que se tasse el precio à que se ha de vender , guardando en la reimpression lo dispuesto , y prevenido por las Leyes , y Pragmaticas de estos Reynos. Y para que conste lo firmè en Madrid à veinte y siete de Abril de mil setecientos y treinta y seis.

*D. Miguel Fernandez Munilla.*



MEN.

**MENDA IN HUNC MODUM CORRI-**  
**genda.**

**P**Ag. 10. lin. penult. quoquide, lege *quod quidem*.  
Pag. 32. lin. 13. magis, quæ, lege *magis quam*. Pag.  
34. lin. penult. Novatianis accerrime profligatis,  
lege *Novatianis accerrime profligatis*. Pag. 40. lin. 8. sub-  
criberet, leg. *subscriberet*. Pag. 43. lin. 14. iitera, leg. *li-*  
*tera*. Pag. 53. lin. 16. studis, lege *studijs*. Pag. 56. lin. 1.  
fectionum, lege *sectionum*. Pag. 64. lin. 7. feralæ, lege  
*ferale*. Pag. 68. lin. 9. solum, lege *solum*. Pag. 72. lin.  
penult. meditati, lege *meditari*. Pag. 77. lin. 15. riunlos,  
lege *rioulos*. Pag. 85. lin. 18. ubettas, lege *ubertas*. Pag. 86.  
lin. 18. quæ, lege *quam*. Pag. 90. lin. fin. licurgus, lege  
*licurgos*. Pag. 100. lin. 15. sit meo sit non, lege *sit meo si-*  
*lento non*. Pag. 102. lin. 8. prohibetu, lege *prohibe tu*. Pag.  
103. lin. 16. ec quod, lege *ecquod*. Pag. 107. lin. 14. ferit-  
tate, lege *feritati*. Pag. 109. lin. 15. sagita, lege *sagitta*.  
Pag. 111. lin. 4. orationes lepore, leg. *orationis lepore*. Pag.  
115. lin. penult. eixmian, lege *eximiam*. Pag. 117. lin.  
10. pertinatis, lege *pertinacis*. Pag. 118. lin. 18. redudans,  
lege *redundans*. Pag. 122. lin. 6. sensuo, lege *sensus* ibi, lin.  
14. rihimis, leg. *ritimis*. Pag. 130. lin. 1. perlu stratunt,  
leg. *perultrarunt*. Pag. 132. lin. 4. Calabræ, leg. *Calabriae*.  
Pag. 141. lin. 9. Soborna, leg. *Sorbona*. Pag. 144. lin. 17.  
que, leg. *quæ*. Pag. 168. lin. 17. prælectionem, leg. *præ-*  
*lectionem*. Pag. 171. lin. 5. anterates, leg. *ante rates*. Pag.  
173. lin. 8. proculcece, leg. *procul ecce*. Pag. 176. lin. 18.  
nequeont, leg. *nequeant*. Pag. 181. lin. 10. agatur, leg.  
*agatur*. Lin. fin. publi, leg. *publicæ*. Pag. 196. lin. 14. pror-  
ro, leg. *porro*. Pag. 205. lin. 11. existira, leg. *existere*.  
Pag. 215. lin. 4. distriticti, leg. *districiti*. Pag. 223. lin. 8.  
ol servtione, leg. *observatione*. Pag. 226. lin. 4. emulu,  
menti, leg. *emolumenti*. Pag. 129. lin. 9. disert, leg. *differt*.  
Pag.

Pag. 235. lin. 9. tertium pro , leg. *tertium pronuntiatum*.  
 Pag. 264. lin. 3. ridicule, quæ , leg. *ridiculeque*. Pag. 265.  
 lin. 11. coniungibus , leg. *coniugibus*. Pag. 266. lin. 9. An-  
 totroij , leg. *Antronij*. Pag. 279. lin. 7. primarie , leg. *pri-*  
*marie*. Ibi , lin. penult. huius , leg. *huius*. Pag. 281. lin. 2.  
 raput , leg. *caput*. Ibi , lin. 7. Commodissimos , leg. *Com-*  
*modissimus*. Pag. 283. lin. 8. reraccidda , leg. *rei accidat*.  
 ibi , lin. 12. mult , leg. *multi*. Pag. 301. lin. 15. excillen-  
 tium , leg. *excellentium*. Pag. 354. lin. fin. pertractam , leg.  
*pertractatam*. Pag. 368. lin. 3. amicitia , leg. *de amicitia*.  
 Pag. 371. lin. 4. Afiaticci , leg. *Afiatici*. Pag. 374. lin. 8. ha-  
 biturit , leg. *habitura*. Pag. 375. lin. 6. masnare , leg. *masna-*  
*re*. Pag. 376. lin. penult. motu , animi , leg. *motu animi*.  
 Pag. 378. lin. 8. Princeps , Serenissime , leg. *Princeps Se-*  
*renissime*. Pag. 383. lin. 18. summam , leg. *summam*. Pag.  
 391. lin. 2. renocabo , leg. *reuocabo*. Pag. 399. lin. 4. inflita ,  
 leg. *inflicta*. Pag. 401. lin. 5. patum , leg. *patium*. Pag. 433.  
 lin. 18. controversiam , quæ , leg. *contro versiamque*. Pag.  
 452. lin. penult. nec impetui , leg. *nec impetui*. Pag. 459.  
 lin. 19. hæreci , leg. *hæretici*. Pag. 462. lin. 10. maximus ,  
 leg. *maximum*.

*De asserenda Hispanorum eruditione , sive de*  
*viris Hispaniæ Doctis Narratio Apologetica;*  
*Necnon de ratione dicendi libri duo per Alfosum*  
*Garfiam Matamorum Hispalensem , Artis Rhetorice*  
*professorem in complutensi Academia*  
*editi , his mendis exceptis , antiquis origina-*  
*lium vicem gerentibus exemplis rubricatis , sunt*  
*conformes : Matriri postri die idus Septembris*  
*anni Dni. M.D.CC.XXXVI.*


*Lic D. Emmanuel Garfias*  
*Alesson.*

*Ma. Generalis Corrector.*  
 SLI

*SUMA DE LA TASSA.*

**T**Assaron los Señores del Consejo de su  
Mag. este libro à seis mrs. cada pliego en  
papel , segun consta de certificacion de Doña  
Miguèl Fernandez Munilla , Sècretario del Rey  
nuestro Señor , y su Escrivano de Camara mas  
antiguo , y de Gobierno del Consejo.

DE ASSERENDA HISPANORUM  
 eruditione , sive de viris Hispaniæ  
 doctis narratio apologetica.


**R**ES Hispanorum bello,  
 paceque gestas , cum  
 plerique nostrorum  
 hominum , tum ex  
 græcis , latinisque  
 non pauci memoriæ prodiderunt. Om-  
 nes verò incredibili studio propagandi  
 famam gentis nostræ scripsisse viden-  
 tur , ne tot ingentia facta silentio præ-  
 termissa iacerent in obscuro , quæ His-  
 paniæ nomen sempiternum , & poste-  
 ris magnum virtutis documentum ef-  
 sent allatura. Hi memorabiles victo-  
 rias , nobiles triumphos, facinora, nec  
 pauciora quàm Græci , nec minora

A MOTEUM quam

UNIVERSITATIS

GRAN

*De asserenda Hisp.*

quam Romani fecerint, referentes, Hispanorum indomitam ferociam, invictos animos, virtutem bellicam immortalis præconio famæ ad memoriam posteritatis consecrarunt. Egregiè quidem facturi, si ut res bellicas scriptis suis illustrarunt, ita ingeniorum monumenta, artes, & disciplinas, ex quibus non minor laus, quàm ex bellis gloria in nationem nostram esset redundatura, in historiam etiam contulissent. Verùm in tanto scriptorum numero nemo post tot secula exitit, qui cum horrore illo militari doctrinæ cultum, cum ferocia humanitatem, cum studijs belli otia pacis voluisset attingere, ratus fortassis facturum se satis Hispaniæ nomini, si fortes, & invictos Hispanos, ac non perinde doctos, & humanos demonstraret. Hac

lucordia , & neglectione tanta com-  
missum est , quod erat indignum gen-  
te totius orbis præstantissima , ut bar-  
bariæ macula inusti Hispani , inter fe-  
ros , & immanes Scythas numeraren-  
tur , famæque foedissimæ notæ latius  
indies propagata , per multas annorum  
ætates exterarum gentium inveteratam  
opinionem animis revellere minime  
possent. Hanc persuasionem augebat,  
quod iam inde ab heroicis temporibus  
continuis occupata bellis Hispania , in  
quam varijs se fortunæ casibus , diver-  
sisque studijs cunctæ propemodum or-  
bis nationes effudissent , nec litteras  
colere , nec disciplinas capeßere , nec  
ad ingenij lumen aspirare unquam va-  
luisse. Nam fuit quondam Hispania,  
certa , destinataque fortium bellato-  
rum arena , & publicum contentionis



curriculum, ubi non de Helena illa  
tandiu Græcorum, Troianorumque;  
expetita armis, certamen erat, sed de  
pulcherrimæ provinciæ possessione,  
quam primum Iberi, Persæ, Phæni-  
ces, Græci, deinde Carthagine ses,  
Romani, Vandali, Alani, Gothi, par-  
tim spe dominationis accerrimis inva-  
serunt prælijs, partim ubertate, spe-  
cieque regionis capti fortunatas se-  
des, elisiosque campos per errorem  
Homeriæ fabulæ arbitrati, summa  
contentione petierunt. Hinc plerique;  
mortales occasionem nacti, cum mul-  
tis edocti periculis facinora bellica no-  
bis adimere non potuissent, doctrinæ  
studia per speciem laudis negantes, cul-  
pam Hispanæ barbariæ in tempora  
transulerunt: quæ si bellis vacua fuif-  
sent, non dubium esse dicebant, quin

eos viros latura essent, qui, & ingeniorum præsentia, & naturæ sagacitate, & animorum vi, cum latinis, & græcis autoribus comparari potuissent.

Sed cum nativam nobis commoditatem ad perdiscendas disciplinas concedant, scientias tamen odio, & invidia commoti tollunt, ne ut viribus corporis à nobis vincuntur, ita consilio, & prudentia, reliquisque animi ornamentis superari etiam videantur. Quæ si quemadmodum importunissimi homines falso, arroganterque in Hispanos iactant, vera essent, quum nimium sit, quod intelligitur, si quæ leviter effutiunt, graviter, ac diligenter attendamus, infelicissimi essent profecto omnium hominum Hispani, quum ea parte infra universos homines consisterent, qua verè homines

sunt. Nam tribuunt Egiptijs suos prophetas, Afsirijs Chaldæos, Persis Magos, Indis Gimnosophistas, Gallis Driadas, Batrianis Samanæos, Hebræis Essenos, Caballæos, Talmudicos, Sci-  
this Anacharsim, Tracibus Salmoxim, Hispanis vero præter varia metallorum genera, soli feracitatem, equarum è favonio vento admirabiles conceptus, oves ad Bætim aurei coloris, nullas artes, nulla liberalia studia, nullos denique viros doctos dari sustinent, quos gleba tantum divites, non æque animo beatos putent. Mihi tamen cuncta rimanti, & à primis Hispaniæ habitatoribus statum, & fortunam nationis nostræ per acta retrò secula repetenti, talis contrà vituperatores Hispanæ eruditionis, defensionis ratio occurrit, qualem neque repu-  
dia-

diabunt Itali: neque despicient Germani: nec Galli postremo non accipient. Qui antiquitatis fortassis ignari, aut alienæ (quod credibilis est) laudis invidi, rarum, & Præcipuum Hispanis decus, quod in sempiterna mihi literarum gloria ponitur, perfidiose addimere tentarunt. Quantum enim hoc invidiæ crimen fuit, velle cæteros homines veris animi bonis, & literaria felicitate frui, solos tamen Hispanos à gentilitia hæreditate, & veteri maiorum possessione, maligne deturbari? Distribuenda itaque sunt Hispaniæ tempora, quæ primum in maioribus inchoata, deinde in avis nostris, & posteris longo ætatum ordine repetita, in tam multis Hispaniæ mutationibus, & fortuna imperij varia eruditionis fructu aliquo minime

e caruerunt. Sic vero rem immensam,  
 15 lateque patentem temporum nota-  
 10 tione distinguam, ut quandò primum  
 in Hispania natæ litteræ fuerint, quan-  
 do auctæ, quandò florentes, & ad hu-  
 mani ingenij perductæ fastigium,  
 3 quandò omnia ingenia, quæ lucem  
 nostris studijs attulerunt orta fuerint,  
 ante omnium oculos, non continua-  
 tione modò pertinacis studij tristes,  
 sed feriarum etiam hilaritate solutos  
 ponam.

Igitur fama est, non vago, nec in-  
 certo sparsa rumore, sed communi ve-  
 terum autorum consensu, testimonio-  
 que firmata, Tubalem quintum Noei  
 ex Iapheto nepotem venisse primum in  
 Hispaniam, à quo, & fundatum ante  
 omnia Imperium Hispaniæ, sanctissi-  
 misque constitutum legibus, Religio-

de Cælestia

36

39

ne

ne deinde , ac doctrina varijsque artibus propagatum , in ea præsertim Hispaniæ parte accepimus , quæ trecentos post annos , & paulo amplius à Rege Bætho nomen accepit. Nam cum post longam maris iactationem ad Bæthicæ litus aliquando appulisset , seque intra terram solo divitem , cælo beatissimam , & mari proximam , cum familia sua latè explicasset , nihil prius habuisse dicitur præstantissimus vir , quàm ut novas , & rudi etiam seculo incultas , ac deformatas colonias primò civilitate morum , deinde artibus , ac disciplinis quam optimè formaret. Hæc prima doctrinæ semina Bæthici semper ingenio præsentis homines alte imbiberunt , crevit deinde cum ætate imperium , cum imperio floruerunt litteræ , has protinus ingen-

tia

tia secuta sunt commoda : quod ubi observatum à maioribus fuit , honor cœpit litterarum studiosis quam amplissimus haberi , & maiores inde accessiones in humanitatis studijs fieri , adeoque , se omnes certatim ad poëticam , & philosophiam , reliquasque præclaras , & ingenuas disciplinas converterunt , ut Maia Athlantis regis filia , quòd ingenio , & artibus putaretur excellere , à cunctis Hispaniæ fœminis divinitus honorata fuerit. Nec enim fabulam potui unquam putare , quod me non semel apud graves auctores legisse memini. Narrant enim dicatos fuisse illi mense Maio in singulos annos propter ingens doctrinæ miraculum statos , solemnesque honores , qui in moribus etiam nostris ( quod quide mirari subit ) nunc perseverant ,  
dum

dum antiquo scilicet Hispaniæ ritu egregia forma puellam (quam nostri homines Maiam vocant) miris exornari modis videmus. Hanc in loco paulo celsiori sedentem, æquè formosæ circumstant virgines, cui totos mensis Maij triginta dies velut reginæ libenter obediunt, veteris illius viraginis gentilitia traditione memores. His temporibus nondum litteras in Græciam Palamedes invexerat, & multis cum poëtis, tum philosophis Bæthica florebat, quæ post Phœnicum illud celebre litterarum, emporium, quod primum in Orbe conditum à Xenophonte proditur, insignem academiam habuisse fertur, in qua Asclepiadem Mirlianum litteras docuisse, Strabo memorat. Fluxit hoc tempus longissimis doctrinæ intervallis usque ad primos Scipiones



nes, qui cum exercitu Romano linguam quoque latinam in Hispaniam traduxerunt. Quæ sic per annos ducentos usque ad Augustum Cæsarem invaluit, in totamque Bæthicam potuit exactis Hispania Penis, tam latè difundi, ac propagari, ut Turdetani ipsi, quæ ad Bæthim præsertim loca tenerent in Romanos penitus ritus transformati fuerint, nec propriæ memoriæ linguæ servarint amplius, plurimique latini facti secum accolæ Romanos fecerint, parumque abfuit Augusti tempore, quin, ut Strabo refert, Romani omnes putarentur. Sed paucis ante Augustum annis quam plurimi nati Cordubæ poëtæ ingentem sui nominis famam carminibus excitarunt, quibus cum summa sæpè voluptate Quintum Metellam aures dedis-

disse legimus, tametsi Ciceroni pingue  
aliquid, & peregrinum propter æta-  
tem adhuc rudem, & parum cultam,  
viderentur sonare. Quin non modò  
ante Livium Andronicum, qui pri-  
mus annis ferè quadringentis decem  
post Urbem conditam Romanis fabu-  
lam dedit, anno ante natum Ennium,  
qui fuit maior natu quam Plautus, & (43)  
Nevius, sed ante ipsum quoque Ho-  
merum, & huius æqualem Hesiodum  
octingentis annis clari, divinique Poe-  
tæ in Hispania extiterunt, quorum  
poemata memorandæ vetustatis ad au-  
gusti felicissima tempora autore Stra-  
bone pervenerunt. Nam leges è sex  
annorum millibus sapientissimi Hispa-  
norum Turduli ostendebant, qui duo  
millium annorum ætates, quantum  
quidem temporis à Tubale conditore  
nos.

nostro ad ipsum usque Augustum intercessisset, per digitos revocato calculo, plane reddunt, modò quadrimestres annos de more Ibericæ gentis (sicuti à Xenophonte in æquivocis traditum est) bene subducta ratione numeremus. Augustum verò secuta est ætas Romanis effœta viris, gravis quidem Imperio sed linguæ Romanæ multò acerbior, & infelicio. Nam extincto Cicerone, litteræ quoque latinæ ingens damnum fecerunt, & lumen illud eloquentiæ, quo forum causis, & Senatum sententijs illustrabat, cum ipsa imperij libertate simul ereptum fuit. Cum enim in unius viri potestatem redacta esset maiestas Reipublicæ, subito omnes conciderunt oratores, virique eloquentes repente silperunt, minoraque cœperunt esse deinde hu-

manitatis studia , nullumque veteris  
amplitudinis linguæ , aut Romanini-  
toris extaret hodierno die vestigium,  
nisi dolore , simul , & indignatione  
languenti latio , hanc unam gloriam  
mature præripuisset Hispania. Hæc  
fractas iam, & debilitatas Imperij opes,  
in diesque magis ad interitum prope-  
rantes , succæctis ex Bæthica clarissimis  
viris , non fortiter modò sustentavit,  
sed Urbe quoque, & tota iam Italia fu-  
gientes litteras sola propemodum re-  
vocavit. Nam imprimis Corduba co-  
lonia patricia , bonorum ingeniorum  
fecundissima parens , tales eo tempo-  
re viros Romam misit , quales recens  
litterarum iactura, acerbis , & infestis  
eloquentiæ casus, oratorum miserrima  
clades contrà tot fortunæ vulnera pos-  
tulabant. Siquidem Annæus Seneca  
cum

cum Gallione, & Mela germanis fratribus, Lucanoque nepote, capta à Greco domitio Ænobarbo patria, Romanam sub id tempus commigravit, resq; fuit illo seculo Hispanorum fama digna, ut mitterentur in Italiam victi, qui imperarent victoribus. Fuit autem Annæorum stirps generosa, & tanquam in unam arborem plura genera, sic in illam domum multorum insita, atq; illuminata doctrinâ. Huic ætati, ut omittam interim Iulium Higinium Hispanum, Romanæ Bibliothecæ ab Augusto Cæsare, cuius erat libertus, præfectum, & Sextilium Henam, Poëtam (ut inquit Seneca) magis ingeniosum, quam eruditum, qui ex eodem, quo Lucanus municipio fuit. Seneca alter tragicus, & Portius Latro declamator inclytus, quem

soda-

ſodalem ſuum ipſe etiam Seneca ſub  
inde appellat, Suppares fuiſſe dicun-  
tur. Ab his itaque divinis vitis ini-  
tium ſecundi ſeculi extitiſſe video  
quod ad Imperatores uſque Antoni-  
nos non ſine ingenti Hiſpanorum  
laude perveniſſe video. Ac iure qui-  
dem ab ipſo Seneca exordium illu-  
ſtrium virorum damus, quem inge-  
nij videlicet acumine, multarum re-  
rum ſcientia, ſcriptorum copia, dig-  
nitati præterea, & oppibus ad ſœdum  
etiam invidiæ crimen, & ſuſpicionem  
affectati Regni, cæteris æquilibus an-  
tecelluiſſe nunquam dubitavi. Cuius  
memoria tanta fuit, ut non ad uſum  
modò illi ſufficeret, ſed ad miracu-  
lum uſque & ultra fidem procederet:  
nam, & duo millia nominum, quo  
ab alijs ordine recitata fuerant, ſtatim

sine ulla hæsitacione referebat, & ab his qui ad præceptorem Marulum audiendum convenerant, singulos ( ut ipse ait ) versus à singulis datos, quum plures quàm ducenti efficerentur, ab ultimo incipiens, usque ad primum recitabat. Sed illud mihi memoriæ Lucij Senecæ propè æternæ, ac divinæ, & præsius intuenti, & sæpius contemplanti fidem facit, quod in ætate iam affecta, & ultrà centum & viginti annos progressa, omnium declamatorum, qui in suam ætatem incidissent, præclaras quidem sententias, & multitudine innumerabiles divinitus meminisset, quas, & servato controversiarum ordine collegit, & in monumentum tanti facinoris non solum Novato Senecæ, & Melæ filijs reliquit, sed studiosis omnibus perpetuo dicavit.

Unum

Unum tamen inter præclaras, & excel-  
sas huius viri virtutes accerrimus æsti-  
mator ingeniorum Quintilianus desi-  
deravit, ut suo nimirum ingenio, &  
alieno iudicio dixisset. At Iunius Ga-  
llio ex arte oratoria gloriam sibi pe-  
tendam existimavit, quemadmodum  
ex poetæ Nepos Lucanus, qui si imma-  
turo interceptus non fuisset obitu,  
non est quidem dubitandum, quin  
claros Vergilij manes ad invidiam tan-  
ti decoris, quantum in eius illuxit  
pharsalia, esset permoturus. Nam, &  
ipse Nero Claudius carminibus tantæ  
sublimitatis commotus: ubique se di-  
latantem Lucani poetæ famam invi-  
diose præmere voluit, prohibueratque  
obstentare vanus assimulatione. Quod  
ita graviter, & iniquo tulit animo di-  
vinus Poeta, ut propter hanc unam



causam in eius exirium cum multis Principibus viris conspirare non dubitaverit. Verum in Portio Latrone nequit satis demirari Seneca aureum eloquentiæ flumen, non pluris, quantum ego credo, divinam illam Ciceronis vocem facturum, si ut beneficio longissimæ ætatis attingere potuit, in illo saltem atrio, in quo duo grandes pretextati secum (ut ipse refert) declamare consueverant, quoquo versus resonantem audisset. Sed dives illa dicendi vena, quæ fuit in Latrone, in scholarum umbra, & inanibus simulachris, falsaque rerum imagine erudiendistantum iuvenibus occupata, amplitudinis fructu, & luce Reipublicæ caruit, sicque est inter privatos parietes domestica exercitatione repressa, ut cum illi pro reo in Hispania Rustico portio propinquo suo cau-

sa esset dicenda , usque eo confusus  
turbatusque fuit , ut à solœcismo in-  
ciperet , nec ante confirmari potuit,  
quam à iudicibus impetraverit , uti  
subsellia , & iudicium in basilicam  
transferrentur , ita ingenia in scholas-  
ticis exercitationibus delicata enutriun-  
tur , ut clamorem , silentium , risum,  
Cœlum denique, novum pari non pos-  
sint. Cum his verò , & ætate æquali,  
& pari fere declamandi gloria coniunc-  
ti fuerunt Victorius Statorius , muni-  
ceps Annæi Senecæ , & Cornelius  
Hispanus , & Quintilianus senex Ca-  
lagurritanus , eius , qui institutiones  
oratorias conscripsit , fœlicissimus pa-  
ter , cuius fama ( si credendum est Lu-  
cio Senecæ ) cum ipso prorsus extincta  
fuit. Hinc eius filij oratoris clarissimi  
altè insedisse animo putaverim iustum

*De asserenda Hisp:*

odium adversus Senecam , quod in ipso postea quod tulit de oratoribus iudicio , dum se purgare cupit , non potuit dissimulare. Quamquam si tempora Galbæ Imperatoris ex Hispania in Urbem revertentis, quum ex Calagurro nobili Hispaniæ oppido Quintilianum Romam duxit , & numerentur exactè, & conferantur fidelitèr , cum vix ætatem Senecæ , aut memoriam æqualem incurrant , ne falso quidem , aut inconsideratè existimaverim , si hunc, quem numero declamatorum exemit Seneca , Afranium illum Quintilianum esse mihi persuaserim , qui cum Lucono , & plerisque proceribus in Neronis necem coniuravit. Hoc mihi in loco vellicata est auris , subitque animum Pomponij Melæ , & Iunij moderati Columellæ minimè in iocunda

*Eruditione.*

recordatio , qui Caij Cæſaris Principatu , his quos modo nominavi æquales , cultiori , ac magis eleganti , quam cæteri ſtylo conſcripſerunt. Alter enim de re ruſtica , minimè ruſticè. Alter Orbis ſitum ( ut ipſe ait ) dicere aggreſſus , impeditum opus , & facundiæ minimè capax , ſingulari tamen ſermonis proprietate explicavit. Uterque quidem Bathicus fuit , ſed unum nobiliſſimæ Gades , verus Phenicum colonia Populo Romano dedit , alteram Mellaria oppidum , quod in diſtione nunc eſt Methynnæ , ac Sidoniæ ducum diſſluentem melle produxit. Verum Columellæ elegantiam , & tantum in re neque urbana , neque lautitiam , non Palladij modo ruſticitati , ſed priſcis illis Catonis oraculis , & Plinianiæ maieltati , & Varionis etiam

*De Afferenda Hisp.*

musis , ne ambitiosa quidem censura  
prætulerm. Etenim considerasse ar-  
bitror virum eloquentissimum , quon-  
dam Reges , ac summos Imperato-  
res terram laureato vomere subegisse,  
virosque , illos triumphales , & Sena-  
tum ipsum Romanum Orbis domi-  
num , dispersos olim habitasse in  
agris , ubi serentem Seranum dati ho-  
nores invenerunt , & Quintio Cincina-  
to quatuor sua iugera in vaticano aran-  
ti viator attulit dictaturam , & quidem  
( ut traditur ) nudo , plenoque pulve-  
ris etiam ore , voluisseque eam mate-  
riam , quam ipsi quoque Reges stu-  
tiose pertractassent , splendida iuxta,  
atque elegantiori oratione complecti. At  
Pomponium Melam sic ego dum ni-  
hil ago , cum doctissimis geographis  
comparare neque inepte tamen , ne-

*Eruditione.*

que imperitè soleo, ut Straboni Cre-  
tensi eruditionem, Plinio diligentiam,  
Ptolomæo artem tribuam, huic qui-  
dem uni, cum valde laudare cupio, om-  
nia libenter largior, cum intra modum  
verò laudationis consisto, brevitate, pa-  
riter, & elegancia præter cæteros com-  
mendo. Non multos post annos Do-  
mitiani Imperio extitit Fabius Quin-  
tilianus, cuius domus cunctæ Italiæ  
quasi ludus quidam patuit, magnus qui-  
dem orator, & perfectus magister, ne-  
que forensi luce caruit, neque illam  
gloriam, quam per viginti annos ins-  
tituendis iuvenibus intra parietes aluit,  
quisquam est meo iudicio postea con-  
secutus. Hunc Galba Imperator ex Ca-  
legurto antiquo quidem Hispaniæ op-  
tulo cum patre illustri oratore ( sicuti  
affirmat Hieronimus ) Romam  
attulit,

*De Afferenda Hisp.*

attulit, unde antea Iulius Cæsar educ-  
tis equitum turmis, & vitam tueri pro-  
prium, & oppes firmare Imperij invic-  
to, fidelique præsidio voluit. Unum  
in Hispania oppidum (quod tacitum  
equidem præterite non possum) neque  
frequens civibus, neque florens oppi-  
bus, ea tempestate viros tulit, quibus,  
& Imperij Romani tutela, & linguæ  
latinae salus crederentur. Cæterum in  
Fabio Quintiliano summum fuit inge-  
nium, & memoria tanta, quantam in  
alio unquam fuisse memini. Nam si  
quandò ex tempore declamaret, nobi-  
liumque virorum (ut sæpè fit) inter-  
ventu cogere à principio dicere,  
singula sine ulla, aut vultus, aut vo-  
cis perturbatione reddebat verba: quæ  
facultas alioqui ex temporalis per vim,  
ac mobilitatem ingenij, quum iam lon-  
gius

*Eruditione.*

gius processisset, copiose suppeditaverat. Causas cum multis oratoribus illustres egit, à quibus ponendi officium imprimis exigebatur, quemadmodum Hortensius cum partiretur causas, Ciceroni epilogos consuevit relinquere, quod in ea maximè orationis parte viri eloquentis exultaret oratio. Hoc non admodum sene ad magnum nomen ingenij pervenerunt Silius Italicus, qui à natali solo, & patria Germana cognomen accepit, & Valerius Martialis Bilibitanus, quos in divinis Poetis habitos scio: nam, & plurimum eos natura valuisse, & mentis solitos excitari visibus, & quasi divino quodam afflari spiritu, dum bella punica alter ad Vergilij imitationem, cuius quotannis illustres manes colebat, compositus personaret. Alter neque sermone  
in-



inculto, neque arida vena, salibus, & iocis undique diffugeret, sic Ælio se- vero in delicijs habitus, ut noto illo, & à plerisque celebrato elogio, suum Vergilium appellaret. Epigrammatis clarus extitit, solusque inter plurimos visus est, cui omnes lepores, gratiæ, urbanitates à musis benigna manu con- cederentur. Facultas tamen forensis exoptanti non contigit, ne ultra quam homini datum est, humana provehe- rentur ingenia. Etenim sic naturæ le- ge comparatum est, ut suis sint apti rebus excellentes viri, & quibusdam etiam eloquentiæ finibus terminentur ingenia, ne festinata in hominibus maturitate in spes maiores sorte sua ab adolescentia assurgant. Atqui Vergi- lium ipsum illa tanta ingenij felicità in oratione soluta reliquit, Ciceronem elo-

eloquentia sua in carminibus destituit, orationes Salustij in honorem historiarum leguntur, Eloquentissimi viri Platonis quæ pro Socrate scripta est oratio, nec patrono, nec reo digna est habita. Illustrarunt præterea hæc tempora Decianus, & Licianus, tum Caninius rufus gaditanus, quos non vates modo, divorumque Nuntios, & Interpretes, sicuti divinus Plato vocat, sed socios etiam, & Poetici laboris consortes fuisse novimus. Conciliaverat autem Martiali communis cum Liciano patria arctissimam amicitiam: nam Decianus Emeritanus credebatur ex gente illa doctissima, atque longæva Turdulorum, quorum, & ultra flumen Anam fines protendebantur. Porro res ipsa temporibus, & Imperijs distributa, ad Ælium Adrianum Italicæ stir-

stirpis, & Traiani consobrinum, neque nos invitos perduxit, neque ad huius viri magnitudinem scribendam, sine quodam mentis quasi stupore traducere potuit. Habuit igitur Adrianus ingenium multiplex, varium, acutum, semper præsens, & Imperio Romano par, quod antea Seneca de Cicerone dixerat, quamquam eius gentilis Traianus, qui adoptione Neruæ Imperium obtinuit, à litteris, & musis nunquam aversus fuerit. Sed in Adrianum Divi ipsi sua prorsus bona (ut dici solet) effuderunt: nam si dicendi copiam, & artem oratoriam in Principe (ut plato postulat) requiramus, causam pro Italicensibus municipibus suis eleganti, ornataque oratione (quemadmodum Gellius refert) frequenti Senatu egit, si verò Poeticam spectemus,

mus, nemini unquam ( quod meminisse queam ) aut præsentius Minervæ numen fuit , aut magis sanè familiare, quam cum falsissimis versibus , ( quod Helius narrat spartianus ) Florum Poetam irrisit , Literarum omnium peritissimus est habitus. Sed Matheſeos imprimis , idem Architectus , Musicus, Statuarius , multarum denique artium refertissima officina. Huius verò Principis aulam non viri tantum militares, sed innumerabiles etiam Philosophorum greges tamquam in licæum , aut veterem Academiam , unumvè aliquod ex illis antiquis gymnasijs , magnis de rebus disputaturi , conveniebant. Atqui fuit præcis illis seculis præclara quædam , & nunquam satis laudata consuetudo , quam in Principibus nostris non sine summo Desiderio requiri videmus,

ut

ut duces modo exercitati , modo viri  
 genere illustri , & claro , aliàs insignes  
 vel usu rerum , vel eruditione præstan-  
 tes Regiæ mensæ adhiberentur. Qui  
 quasi divum epulis acumbentes , vel  
 quæ de re militari sub ipsis pellibus fue-  
 rant experti , vel optimarum artium  
 studijs invenissent , audiente Rege gra-  
 vitèr pertractabant. Sed Gothica pos-  
 tea , & aliorum barbarorum cæde , ac  
 sanguine saturata superbia , ut est om-  
 ne genus humanitatis aspernata , ita  
 dum à suis timeri magis , quæ amari  
 studuit , neque mensis fortes bellatores  
 recepit , nec disertis , litteratisque viris  
 vacuas unquam accomodavit aures.  
 Sed ut , revertamur undè digressi su-  
 mus. Adriani Imperium duo diversis  
 temporibus , continuato tamen succes-  
 sionis ordine , exceperunt Antonini.

Quo-

Quorum foenestissimo, miserandoque  
 bonis litteris interitu, gravis est Im-  
 perio Romano iniecta securis, tum  
 quod in succedentibus Principibus iam  
 omnino mascula illa Romuli proles,  
 & Italica virtus defecissent: tum quod  
 omnis latini sermonis exulcerata gra-  
 tia, & ab eo quidem tempore extincta  
 prorsus existimetur: tum quod decus,  
 gloria, Maiestas Romani nominis nec  
 propagari in posterum, (quod magis  
 fuit dolendum) nec iuentia fisci nisi  
 in uno Theodosio Hispano, & altero  
 Constantino Magno, translatis Bizan-  
 tium Imperij opibus, quò ferus omnia  
 Iupiter (ut bonus canit Poeta) cum Or-  
 bis tutela transtulit.) Hinc mihi novum  
 seculum ut Religione, & pietate am-  
 pliore, ita doctrina quidem, & elo-  
 quentia angustiore, inter miserimas

C

Ur.

(31)

Idem Media

Urbis glades, & disiecta membra Reipublicæ, labantem quoque molem Imperij, exoriri visum est. Nam trecentis postea annis usque ad everfam Urbem, & devastationem illam Gothicam, quæ totam ferè Europam, ceu fulmen Iovis trispiculans pervasit, unus, aut alter extitit, qui silentes inter arma musas, quas non locis iam publicis, aut spacijs Academiarum amplissimis, sed gurgustijs, & specubus infinita altitudine abditus colebat. Ex his quanquam diversis temporibus fuerunt Gregorius Bæthicus, vir sanctimonia, & eruditione illustris, cuius cum studijs apud Granatam ubi erat Episcopus, vita terminata fuit. Et patianus, qui Theodosij tempore in Pirinæi iugis ortus, impijs Novatianis: accerrimè profligatis, magnam quidem,

dem, & immortalem Gloriam Ecclesie Barcinonensi comparavit. Aequalem incurrerunt memoriam Matronianus, & Tiberianus Bæthici, neque Poetæ ignobiles, neque Oratores contemnendi. Sed in Idacij labijs sesitasse dicebatur eo tempore quædam contra Priscilianum hæreticum persuadendi dea, cuius neque vim perferre, neque splendorem eloquentissimi hominis nefarius ille gladiator sustinere poterat. Fuit enim Idacius Urbis Iemice præsul, quæ caput nunc est in Galecia ditionis illustrissimæ familiæ castrorum, nec à Bracara, quod oppidum est in Lusitania, longissimè abest, ubi longo postea tempore, (sicuti ego à maioribus accepi) quinquaginta Episcoporum ex tota Hispania coacto Concilio, primò disputationis impetu fusi, turbatique



Prisciliani sectatores conciderunt. Apri-  
gius autem Episcopus Pacensis, & Ius-  
tinianus Valentinus Ecclesias quibus  
magno populi consensu gubernandis  
admoti fuerant, doctissimis litterarum  
monumentis continuerunt. Sed maio-  
rem in Rufo festo, & Aquilio severo  
eloquentiæ vim, Diocletani, & Valen-  
tiniani tempora senserunt, cuius præ-  
claræ poësis fama non in Hispania mo-  
do percrebuerat, sed omnes etiam Impe-  
rij terras summa cum laude pervagata  
fuit. Antecesserunt ætate Osius Cordu-  
bensis, & illa unica Hieronimi lux Da-  
masus Madritensis, si qua tamen fides  
Lucio siculo citra pudorem debetur,  
qui ex Mantua Carpetanum appellat,  
& utriusque æqualis Orosius, qui ab  
Augustino, cuius erat cum Eutropio  
amanatissimus discipulus, in Palestinam

missus, de animi ratione à Principe Hieronimo est institutus. Prætereo Iuvenicum nobilitate clarum, & Aurelium prudentium Cæsaraugustanum, quos inter Principes Poetas sacer Hieronimus numeravit. Omitto rursus maximum Cæsaraugustanum, & Eutropium Episcopum Valentinum, qui mihi sanè viri divini omnem supergressi laudem videntur. Verum quum omnis ætas conquesta sit de tempore suo, ita tulit casus miserabilis, & acerbus, ut ea tempora ingeniosi homines incurrerent, quum non imaginem eloquentiæ veram, sed umbram potius assecuti fuissent, quæ ita à fortuna deformata est, ut tamen à natura inchoata facilè compareret. Quamquam qui sub Theodosio litteris aliquid mandarunt, quum Hieronimi, & Augustini tempora attigissent,

gissent, nunquam si numeros eloquentiæ non impleverint, non in latinorum numerum mihi referentur. Neque etiam in his comendandis processerim effusæ laudis, ut non mirer magis mores antiqui candoris, sinceritatem vitæ, integritatem animorum, robur fidei, incendium amoris, quam aut elegantem brevitatem, aut fufam contrâ, lacteamque dicendi copiam in Orosij historia. Nam de Damasi versibus, quos non vidi, aut Pontificum annalibus, quos ipse etiam conscripsit, nihil equidem iudicare possum. Prudentius verò, & Iuvenius ( si quod mihi est in hac re cum libertate iudicium ) meliores versificatores, quàm Poetæ videntur. At Osius Cordubensis ad Bithyniæ nicæam venit, ubi, & produlci libertatis nomine, & vera  
 Chris

*Eruditione.*

Christi Religione magni eo tempore  
celebrarentur Conventus, hic ille, &  
in Concilio Sardicensi præclaras, & al-  
tamente peritas sententias dixi, nisi eas  
postea in Sirmio cum impijs Arrianis  
consentiens, modò ut miseræ, & im-  
portunitati illius temporis, inserviret,  
turpi defectionis nota obscurasset. Sed  
in fecerat invitus, quæ longa iam ætate  
confectus, & malè servatus in illum  
diem miserrimus senex, neque sævas  
pati plagas, nec immanes ferre crucia-  
tus posset, quum flagris, & verberi-  
bus ab ipsis Arrianis validissimè cæde-  
retur, verum deposito statim miseræ  
mortalitatis metu, in Liberij Pontifi-  
cis Romani societatem, tamquam in-  
equum Troianum cum Principibus in-  
cludi usque adeò non recusavit, ut exi-  
lium, quod in maximis malis ducitur,

*De Afferenda Hisp.*

perthesus defectionem illam suam miseram, & malè quidem simulatam, constanti animo tulerit. Nam nullis neque minis, neque terroribus pertrahi unquam potuit, ut nefarijs, ac sacrilegis Arrianorum decretis in Concilio Mediolanensi cum dedecore christianæ veritatis subscriberet. Quo circa nunquam, tam immemor posteritas fuit, neque litteræ cuiusquam, tam ingrata memorantur, ut huius viri gloriam immortalitatis memoria non prosequatur. Dum hi florent, eripitur Theodosius, qui deside, ignavoque relicto filio Honorio, ( ut nihil de eius Germano fratre Arcadio dicam ) miserabilem, & luctuosissimum casum Imperio Romano attulit. Nam Gothica lues repente erupit, lateque per Italiam, & Hispanias exitiali impunitate grassata,

ur-

urbem ipsam Orbis caput anno post  
eam conditam millesimo centesimo se-  
xagesimo quarto furore barbarico ever-  
tit. Sic crevit continuo huius belli sa-  
vissima pestis, flammaque miserrimi  
incendij, regnante Isaurico, adeo est  
excitata, ut ultra Urbis partem maxi-  
mam conflagrantem, centum & vigin-  
ti librorum millia uno fatali die, & stu-  
dij calamitoso, crudeliter absumpse-  
rit. Inter quæ, (quod lacrymans refe-  
ro) & Homeri divinum poema intesti-  
no draconis centum viginti pedum au-  
reis litteris descriptum, crepitantibus  
flammis (ut cum eius æmulo Virgilio  
loquar) unà combustum est. Quod si  
nostra, aut patrum, avorumque me-  
moriam obtigisset, ò quam bene cum  
multis libris egisset ignis. Sed pulsus  
Italia Gothis, eorum in Hispania sta-  
tim

42 *De Asserenda Hisp.*

tim concrepuerunt arma, & facile fuit  
vincere non repugnantes. Nam His-  
pani propter elatos spiritus, nec unum  
sequi caput, nec in ordinem cogi, nec  
habere delectus, nec respondere ad no-  
mina pro innata superbia, tediòque  
Romani Imperij poterant, quæ alio-  
rum scilicèt obedire præceptis erubef-  
cerent, ita dum suis obtemperare re-  
cusant, alienam servitutem incurrunt.  
In hac tanta fortunæ iactatione, & æstu-  
furentium Gothorum immensa barba-  
ric nox incubuit communibus studijs,  
neque cuiusquam ingenio tenebræ illæ,  
quæ totam occupaverant terram, præ-  
rumpi poterant, donec stellæ Castores  
in Bæthica per opportune promicare  
cœperunt, fulgoreque suo illustrare  
Orbem conati, maculam Arrianæ hæ-  
resis, quæ pœnitus iam insederat, at-  
que

*Exhibere  
poca  
ar  
exp.*

qu  
mi  
Hi  
mi  
tra  
no  
far  
na  
tèn  
cis  
len  
gi  
ne  
rò  
pa  
be  
pu  
da  
ri  
E

que inveteraverat in Gothica gentis nomine, dextri, ac salutare deleverunt. Hi fuerunt tres Germani fratres, lumina, & ornamenta Reipublicæ nostræ, Leander, Fulgentius, Isidorus, nobilitati clari, eruditione insignes: sanctimonia venerabiles, qui Romanam, & Atticam eloquentiam insignitèr edocti, in litteris quoque Hebraicis minimè infantes. Gothos ipsos Valentis Imperatoris scelere, ac sacrilegio corruptos, Christianam Religionem fortiter docuerunt. Vigebant porò ea tempestate hebraicæ litteræ in Hispania, quas multis ante seculis sub Tyberium Cæsarem Urbe, Italiaque tota pulsæ, fugientesque decreto Senatus Iudæi, & paucis post annis exacti Imperio Claudij in Hispaniam invexerant. Florebant quoque Hispali latinæ, & gre-



græcæ litteræ, artes etiam omnes humanitatis, unde, & sermo factus, & nulla in re rudis inerat nostris hominibus, qui à fera, agrestique vita ad humanam, civilemque cultum Hispanam gentem deducebat. Hic noster Isidorus præstans ingenio, ac diligentia, studia doctrinæ mirifice colebat, ubi postea Gilbertus Gallus litteras avidissime didicit, ille inquam nefarius qui Cacodemonis malis artibus, & fœdere execrando Imperium Romanæ Ecclesiæ adeptus, Silvester secundus est appellatus. Trium igitur linguarum cognitione tres præstantissimi Bæthicæ Principes armati, importunitatem novi, & inauditi secleris, quæ in Gothorum moribus, & visceribus exarserat, partim Hispali, & Toloti celebratis Synodis, & magnis Ecclesiæ Conventibus

*Eruditione.*

bus restiterunt; partim belluas illas  
exportentis immanes, & feras forma  
hominum inductas, docta primum,  
& eloquenti voce commotas, deinde  
hortando, monendo, obsecrando,  
ad verum Dei culturæ pertraxerunt.  
Adfuerunt Reges Gothi Toletanis, &  
Hispalensibus Concilijs: lausque illa  
fuit unica, & maximè propria nostræ  
Hispaniæ, barbaros, & feros homi-  
nes, qui non iuri, non legibus, non  
Divinæ Religioni, non humano offi-  
cio assueti erant, sed omnia viribus  
corporis per vim, ac tyrannidem ad-  
ministrarent, ex cæca, ac temeraria  
dominatrice animi ad mansuetudinem,  
& clementiam potuisse perducì. Nam  
Rex inclytus Reccaredus dum Lean-  
drum de fide, ac Religione differentem  
audit, Primò propter insolentiam at-

*De Asserenda Hisp.*

tonitus, modicèque reclamans, deinde propter rationem studiosius auscultans, ex impio Religiosus, ex immanis, ac mansuetus est effectus. Erat verò in Leandro autoritas tanta, & summæ eruditionis præiudicata opinio, ut magnus ille prætextatus Gregorius, & primus huius nominis Ecclesiæ Romanæ Princeps commentaria, quæ in Iob Prophetam ediderat, huic dicere in lucro posuerit. At Isidori eloquentiam sæpè in Concilijs præsentate Sisebato laudatam comperimus, præsertim quum Acephalorum nefarios conatus Sisebati Regis favore, qui Iudæos Hispaniarum Regno expulerat, coacto Hispali Concilio, acri, eloquentique disputatione fregit. Eugenij doctrinam admiratus est Quintilianus Gothus: nam Bamba, & Eringius Reges ad memo-

*Isidoro  
de  
Leandro*

*Eruditione.*

rabilem, & divinam Alfonsi præsulis  
vocem rigidi obstupuerunt, dum fecundam virginitatem, & inviolati pudoris Sacramentum in servatorem enixa Virgine, à nefario Elvidio vindicaret. Fuit enim quasi immortalis Dei beneficio datum Republicæ nostræ præsulum Gothorum genus, & nomen, ad libertatem Populi Christiani, vel constituendam, vel recuperandam. Nusquam enim plura, quam in Hispania concilia celebrata sunt, quæ nec cogi potuissent, neque ad summam perducendo coacta, nisi Hispani homines exactam Divinæ Scripturæ cognitionem habuissent, & linguas probe nossent, quas Christo suo Sanguine in Cruce consecraverat, & Vienensis Synodus non multis ab hinc annis Saliarijs quam amplissimis professoribus constitutis,  
pu-

publicis scholis intulisset. Atqui fuerunt Hispaniæ præsules potentium regum præceptores, & veri Magistri nobilitatis Gothicæ, quos sic instituerunt, pie, prudenterque formarunt, ut se nunquam cum hostibus christiani nominis non suscepturos bella solemninautorati Sacramento, ad Sacras divorum Aras sponte sua iurarent. Quod quidem Hispaniæ Reges iam inde à Pelagio fortissimo, sanctissimoque Principe, cum Religiose, tum stricto in acie Granatensi gladio, novissimè contra Sarracenos, & fortissimè præstiterunt. Ac vidimus tandem victoriam ipsam bellorum exitu terminatam, & enses Ferdinandi Regis apud inclytam Granatam sanguine cruentum. Percussit continuo vis Martis proximos Tingitanos, quibus quoad vixit, bellum  
atrox,

*Eruditione.*

atrox, & luctuosum indixit. Neque  
Carolus Quintus Invictissimus Cæsar  
huius iuris iurandi immemor, nuper  
domuit rebellantes Germanos, gen-  
tes immanitate barbaras, multitudi-  
ne innumerabiles, Luthetana impie-  
tate bæchantes, & ultra Oceanum  
patefecit terras, quas in consultatione  
posuit Alexander an esset inventurus.  
Cæterum magnis se deinde variantis  
fortunæ urbinibus, & nobis inenar-  
tabilis ætatis excitatis procellis, unius  
Iuliani dolo, & deploranda perfidia,  
excissum est Gothicum Imperium:  
nam cum filiam unicam forma qui-  
dem egregia, ac liberali præter cæte-  
ras, à Roderico Rege vitiatam rescis-  
set, protinus dolos plusquam Sino-  
nios perdendæ Hispaniæ nexuit, Ara-  
besque Religionis nostræ acerrimos

D

hos.

hostes , traiecto Gaditano freto , ( eò  
ducentibus Hispaniæ fatis ) per Bæ-  
thicam in Hispanias introduxit. Hic  
alius fuit Hispaniæ status omnium  
certè miserrimus , & calamitosus , tum  
quod tota propemodum Hispania  
capta ad Astures , & Cantabros cum  
divis laribus , patriaque disciplina,  
Gothica nobilitas confugit , tum quia  
relictis litterarum studijs , de vita , &  
fortunis essent in posterum miseri His-  
pani decertaturi. At in his densissi-  
mis Hispaniæ tenebris tum primum  
enituerunt Medicina , & Astrono-  
mia. Siquidem ante id ætatis nihil  
languidius acceperamus , nam , &  
Arabes utramque artem suprâ modum  
consecuti putantur , & quæ longin-  
quitate temporum , multisque expe-  
rimentis observassent , in commenta-  
rios

rios retulerunt. Hinc tot speculas in iugis Hispaniæ montium, & prærupta, editissimaque oppida videmus, quæ partim ad Christianorum insidias explorandas, partim (quod mihi vero similis est) ad intuendum Cœlum ex omni parte patens, atque apertum, sapienter ædificata videntur. Cum enim planiciem (ut Assyrij) ad considerandos stellarum motus, & traiectiones ubique non haberent, ad cellissima loca, unde longissimus esset in omnem partem prospectus, universi Astronomi concessisse creduntur. Tulit hoc tempus cum alios in medicina, & physicis disciplinis per multos consummatos viros, tum quatuor in omni genere artium facile Principes Rasim, qui septuaginta ante Avicenam annis floruit, & cuncto-



De Afferenda Hisp.

rum ante se scriptorum commentarios collegit, Zourum, qui cognominatus est sapiens. Avicenam Cordubensem, & ut quidam tradunt, Hispalensem, & Bithyniæ Regem, cuius Methaphysica à posteris (ut equidem invenio) valde probata fuit. Averroem Cordubensem, implacabilem Avicenzæ æmulum. Quamquam malem ego Avicenam ipsum arabice, quam latine in scholis interpretari, vel quod nativa lingua minus Galeni sectatores offenderet, vel quod æquiori sanè reciperetur animo, ni tam barbare didicisset loqui, qui si modò Princeps medicus ab inferis suscitaretur, quas non esset tragœdias cum barbaro illo interprete excitaturus? Christiani autem qui se ad montes, & angustias viarum interea temporis

rece-

receperant, cum suum præsidium in capite, atque cervicibus Arabum collo-  
cassent, sæpè cum hoste collatis sig-  
nis, dimicarunt, ac primum à Egio-  
nensi Regno detreecerunt, mox magna  
Castellæ parte recuperata, inter sa-  
vam bellorum rabiem, illaque fortia  
nostrorum hominum facta, quæ ipsi  
si adessent Troiani, etiam exhorre-  
rent, ad squallorem, & luctum littera-  
rum ex longo Desiderio oculos con-  
verterunt. Ingemuerunt omnes viri  
boni, ac litterati, vicemque studio-  
rum vehementer misera. ; de afferen-  
dis in pristinum nitorem litterarum  
studis prudenter consultare cæperunt.  
Huius autem salutaris consilij autor  
Tello Episcopus Pallantinus fereba-  
tur, qui cum paucis eiusdem animi  
lectissimis viris, ab Alfonso Castellæ

De Afferenda Hisp:

Rege Santij itidem Regis filio ( sicuti ego accepi ) obnixè , multisque precibus contendit , uti nova Pallantiæ Academia erigeretur , quandò signum aliquod esset sublatum ad bene de omni recuperanda Hispania sperandum. Conditur igitur Pallantiæ ab hinc trecentis octoginta circiter annis nobile , magnificentumque Musæum , unde in omni doctrinarum genere viri præstantissimi prodierunt , inter quos Dominicus Calagurritanus , vir , & sanctimonia , & litteris eo tempore incomparabilis , velut fulgentissimus Sol inter Planetas minores apparuit , quamquam Valentia eum litteras didicisse Vollateranus affirmet. Verum post annos exactos triginta quatuor , vel Ferdinandus Castellæ Rex ( ut quibusdam placere video ) vel Alfonsus

Sanc-

Sanctissimi illius Ferdinandi Regis filius, qui Hispali Urbem florentissimam ex Arabum dominatione, ac tyranidem vindicavit, aut propter uberiores annonæ copiam, & abundantiores alendis iuuenibus, qui ingenij excolendi gratia eo confluerent, è proximis vicis commeatus, aut ob Cœlum studiosis mitius, ac benignius, in Urbem Salmanticam Academiam ipsam auspiciato transtulit. His temporibus Alfonso decimus, qui anno post translata Academiam decimo sexto laureatos Regni faces accepit, ingens decus attulit. Siquidem parum visum est Cœlesti numini, cum esse maximum Astrologorum, nisi, & veterem Hispaniæ gloriam, mirum in modum ampliaret, & leges infinitis voluminibus antea dispersas in septem

*De Asserenda Hisp.*

tem sectionum libros ( quas nostri Hispani partitas appellant ) contraheret, & doctissimas Astronomiæ tabulas, & historiam, quam generalem nominant, partim ipse suo elaboraret ingenio, partim per alios conscribendas curaret. Huius cum exemplo, rum favore cœperunt magis proreudi, ac dilatarum litterarum studia, quæ sic mentes hominum arcana quadam vi, ac potestate occuparunt, ut parva putarentur fore arma: quorum à litteris præsidia non peterentur. Quo circa magni brevi tempore extiterunt eruditorum provenus, inter quos enituerunt Iulianus Pomerius, & Ioannes Episcopus Gerundensis, qui natione Gothus, & patria Lusitanus literis quoque Græcis, & Latinis Bizantij apprimè eruditus,

tum

*Eruditione.*

tum disciplina illa formatus, quæ  
dignæ sit, (ut ait Cicero) studiosis in-  
genuarum artium, dignæ erudicis,  
dignæ claris viris, dignæ Principibus,  
dignæ Regibus, bachantes, ac furen-  
tes in Lusitania ea tempestate Arria-  
nos multis, & ac doctissimis quidem  
disputationibus coercuit. Ac propter  
hanc unam causam Barcinonem rele-  
gatus est, ubi ita se collocavit, ut Ge-  
rundenfis Ecclesiæ Principatum obti-  
nuerit. Tum Divus Antonius Olly-  
siponensium gloria, cuius doctrinæ  
uberrimos fructus Itali etiam, & Galli  
avidissimè perceperunt. Ramundus  
quoque Barcinonensis Theologiæ, iu-  
risque Pontificij egregie doctus, qui  
decretales Epistolas quæ fusæ, spar-  
sæque fuerant, in unum quasi corpus,  
aut volumen delegata huius eximij la-  
bo-

3 De Afferenda Hisp:

boris cura à Gregorio nono artificioso contulit. Parenti huic est affectus gloriae Gasparis Hispalensis, doctissimis in eisdem decretales Editis commentarijs. Securus, de vestigio est Ioannes Torquemada, vir seculorum omnium memoria dignus, qui cum his duobus, quos modo nominavi, egregium triumviratum constituere potest. Converterunt ad se deinde hominum studia, ubique terrarum diffundente se doctrinae fama. Verus Archiepiscopus Hispalensis, & Petrus Hispanus, qui ab Innocentio octavo Cardinalis Creatus est. Tum Vincentius Ferrarius Valentinus, Paulus deinde Episcopus Burgensis, & huius filius Alfonsus, qui cum Ecclesiam Burgensem administraret, historiam de rebus in Hispania à nostris

*Eruditione.*

hominibus bello gestis, non inopie  
conscriptis. Sed ex tam infinita doc-  
torum hominum multitudine, quan-  
tam hæc ætas habuit, nemo citra con-  
troversiam ad Alfonsi Tostado Epif-  
copi Abulensis laudem aspiravit, cui  
si alio, cum suo seculo vivere conti-  
gisset, neque Hipponæ Augustinum,  
neque Stridoni Hieronimum, nec  
alium quempiam ex illis proceribus  
Ecclesiæ antiquis nunc invideremus.  
Excellentis vir ingenij fuit, & admi-  
randæ memoriæ, divinæ etiam sa-  
pientiæ, & antiquitatis peritissimus,  
dignus profecto, qui post quatuor  
Ecclesiæ Doctores, cum Isidoro, &  
Thoma, de quinto loco certaret,  
quod si unctior quædam, splendi-  
diorque consuetudo loquendi suis  
temporibus fuisset, non dubito quim  
pos-



De Afferenda Hisp.

posteriores omnes in sui admiratio-  
nem esset conversurus. Fuit hæc ætas  
Paolo eruditior: nam post, quam  
Regno Hispaniarum constituto, diu-  
tinitas pacis otium confirmavit, ne-  
mo ferè laudis cupidus adolescens,  
non sibi ad perdiscendum litteras om-  
ni studio enitendum putavit. Huius  
enim memoriæ minimè veteris mihi  
sanè satis explicata est recordatio,  
quinquaginta duos, cum in Iure Ca-  
nonico, tum in sacris litteris laureatos  
viros, rogatu, iussuque Alfonsi Ca-  
rilli Archiepiscopi Toletani Complu-  
tum nostrorum avorum memoria con-  
venisse, ut de Exomologesi à Petro  
Oxomensis edita, iudicij severitas exer-  
ceretur. Is enim Salamanticæ Theolo-  
giam profitebatur, cumque vindices  
nondum essent, qui ultricibus flami-  
nis

At tunc  
traces  
de Ha

mis cuiusquam in Religione errata,  
coerceret ( quod quidem decus Fer-  
dinandus Rex exactis Hispania iudeis,  
nostræ nationi fecit ) ipse est Alfonso  
præsuli à Sixto quarto huius cogniti-  
onis delegata cura. Hoc mihi in loco  
Sophistarum reddenda est ratio, qui  
iam inde à Boetio Severino, quum  
Zeno Isauricus latè rerum potiretur,  
sinistris ominibus nati fuerunt. Hi ve-  
rò prava, & ambitiosa leguleorum  
æmulatione ad rubricas passim, &  
formulas se convertentium, cum ip-  
sum ius civile constituendis rebus pu-  
blicis per necessarium non intellige-  
rent, principio modicè, ac diffidentèr  
in Italia cœperunt, mox translata Lu-  
retiam Parisiorum à Carolo Magno  
Romana Academia, confidentius, ac  
maiori cum impetu, sævi, imperiosi-  
que

De Afferenda Hisp.

que homines eruperunt, unde in omnes terras in exitium, & interitum bonarum litterarum distributi putantur. Ita serpsit hæc contagio, diffusaque est per totam Hispaniam, ut nulli homines secundum parisienses, aut planè barbariores, aut in illis suis prodigiis inventis pertinaciores quam Hispani invenirentur. Ut enim primum intellectum est, quantum vim ostentationis haberet subdola, & facta quodammodo differendi ratio, tum etiam magistri ex nostra Hispania multo illius novæ artis subito extiterunt: quia nusquam fertiliores segetes nasci affirmant nostri coloni, quàm in sterquilinijs. Tum Gaspar lax, Ferdinandus Enzinas, duo fratres Coroneli, Ioannes Dolzius, Hieronimus Pardus, Gortius, Dularius, Naverus, alijque quàm

quàm plurimi temporibus eisdem docere se proferebantur arrogantibus sane verbis vertere in candida nigrum, & Cœlum numo venales exhibere, & quibus respondere non possent, prestigijs cum Davo iudicari, rem sanè veris disciplinis perniciosam, quam non aliter inhiberi posse video, (nam regnat adhuc in multis Hispaniæ locis) quam severitate invictissimi Cæsaris, quod Franciscus Galliarum Rex importunissimis barbaris Iuretia pulsus, magna cum laude; & Gallici nominis, & maiori studiorum utilitate nostris temporibus fecit. His autem hominibus neque ingenium defuit, neque probabilis industria, sed ævis iniuria tanta fuit, ut felix multorum natura, qua donati esse videbantur, invenire aliquid perfectius non possent,

De Afferenda Hisp.

fer, in quod precipuè elaborandum  
putaret. Itaque hoc toto tempore,  
quod longissimum à Boetio fuisse vi-  
demus, altissimas egerat barbaria ra-  
dices, & nemo quisquam ex tot ho-  
minum Millibus fuit, qui immane  
hoc, & feralæ monstrum, aut domi  
privatis studijs auderet conficere, aut  
à finibus Hispaniæ pellerendum tenta-  
ret, donec tandem post multa secula  
natus est foelicissimis fatis in Bæthica  
Antonius Nebrisenfis, qui litteris, ac  
disciplinis omnibus, quibus eo tem-  
pore florebat Italia, tanquam ex lon-  
ga siti avidissimè hauistis, atrox, quoad  
vixit, & crudele bellum cum barba-  
ris gessit: quod si propter insitas, in-  
veteratasque mentibus hominum per-  
suasiones conficere omnino non po-  
tuit, magna certè ex parte fregit, ac  
de.

Reverentissimo

1588

*Eruditione.*

debilitavit. Hic quidem fuit magnus Hispaniæ Aristarchus, præclarus orator, multæ, & variæ lectionis, sed historiam, quam de rebus gestis à Ferdinando Augustissimo Rege, conscripsit, tenui, ac deiecto quidem stylo, parumque diligenter est profectus, sive quod magni viri sit (ut ait Cicero) historiam conscribere, sive quod Ferdinandi pulgarij (quod negare equidem non possum in sermone Hispano eloquentissimi) interpretem (ut fama est) perfunctorie egerit. Aequalis Antonij fuit Ludovicus vi-  
ves, rarum Valentiae decus, propterea quod, & declamator egregius, & Philosophus magni nominis, & multis in rebus eminentissimus est habitus, placuissetque multo magis viris eloquentissimis, si ut multa dissertè, doctissi-

*respecto*

De *Asserenda Hisp.*

meque conscripfit, ita sermonis innata, insitæque duritia, & vocabulis quibusdam græcolatinis, quæ ad ampliandam linguam latinam excogitavit, orationis gratiam non obscurasset. Mihi autem hac de re una visus est Ludovicus vives cum Porcio Latrone contendere voluisse, utrum hunc ille sermone Hispano latino vinceret, an illum hic potius græcolatino superaret Sic enim Pollio Asinius Livium sapere Patavinatatem dixit, & Portium Latronem sua lingua, hoc est Hispanolatina fuisse disertum. Fatale hoc quidem fuit plerisque nostrorum hominum, ut semper aliquid peregrinum, & rude sonarent, adeò ut in ipso etiam eloquentiæ Principe Fabio Quintiliano, qui elegantia simul, & ingenij laude floruit, Hispani-

ni

*Eruditione.*

nitatem invenerit Franciscus Philelphus. Verum si naves quærimus, neminem unum post homines natos inveniemus, sic numeris omnibus absolutum, & consummatum virum, in quo non sit aliquid, quod iure queas repræhendere. An fuit aliquis inter mortales, exceptis Platone, & Aristotele, quem æstus ingenij, tam procul à terra arripuerit, atque in altum à conspectu penè omnium abstraxerit: cui plures dotes larga, benignaque natura dederit, qui rerum omnium scientiam sit complexus, quam Marcus Tullius? At in hoc terrestri numine pudor est profecto referre, quæ ingenij, & naturæ vitia non eius familiaris modò Brutus deprehenderit, sed multi etiam æquales observaverint. Itaque ego sic sta-



tuo, habuisse maiores nostros, & copiam rerum, & orationis ubertatem, sapientiamque eloquentiæ iunctam: quorum si alterum nostris Hispanis sit optandum, malim ego illis indiseratam prudentiam, quam stultitiam loquacem desiderare. Ne hoc quidem alumno solum gloriari Valentia potest, quoniam multorum cum oratorum, tum philosophorum edito ab hinc annis viginti beatissimo partu, susceptam priscis temporibus barbariæ maculam non delere solum suis viribus, sed alijs quoque Hispaniæ civitatibus eloquentia, & artium omnium, ac disciplinarum lumen inferre valet. Nam, ut Ioannem Gelindam tacitus præteream, quem magno Ludovici vivis testimonio, alterum nostri temporis Aristotelem liceret appellari,

lari, non equidem invitus faciam, ut nobilissimi viri Honorati Ioannis equitis Valentini illam unam omnium rerum Principem doctrinam, quæ sit claro homine digna, atque eo, qui in Republica velit excellere, quantum animo conniti poterò, suspiciam, & admirer. Siquidem præter litteras græcas, & latinas, & eas artes quibus liberales doctrinæ, atque ingenuæ continentur, civili etiam prudentia usque adeò præditus est, ut controversas merito, plus ne litteræ in hoc homine, an morum compositio, & recta animi moderatio valeant. Sic verò litterarum studio, & amore arsit, ut multos annos pene puer procul à domo peregrinatus sit, varias terras, ac regiones obierit, sciunctissimas Pro-

vincias peragravit , multarum gentium , ac nationum prelustravit arcana , quæ quantum bonis artibus , & disciplinæ civili attulerint commoditatis sanè ipse quotidie ostendit in aula Philippi Hispaniarum Principijs. Quo circa hoc loco mirari subit animum meum , cum tam multa virtutis , & doctrinæ huius viri pro foribus Regiæ domus extent exempla , quid Serenissimum Principem nostrum retardet , non statim Carolum dulcissimum filium , huius cum disciplinæ , tum probitati committere , quemadmodum Philippus olim Macedonum Rex Aristotelem Alexandro filio tantæ spei Principi Doctorem accierit , à quo , & agendi acciperet præcepta , & loquendi. Veteres enim Principes , quorum , & in græcis , & latinis

*Eruditione.*

nis historijs plurima mentio est, non  
tristi supercilio formidabilem ali-  
quem Philosophum, aut declama-  
torem, qui novisset ad clepsydram  
latrare, erudiendis liberis querebant,  
sed viros toto Orbe terrarum præ-  
tantissimos, qui litteris, ingenio, fa-  
ma præcellerent. Novimus quidem  
Periclem, qui doctrina, consilio,  
eloquentia, quadraginta annos præ-  
fuit Athenis, præceptorem habuisse  
Clazomenium Anaxagoram, virum  
summum in maximarum rerum scien-  
tia: Critias, & Alcibiades Socrati-  
cis sermonibus eruditi fuerunt: Dio-  
nem Siracusanum omnibus doctrinis  
expolivit Plato, eundem ille non lin-  
guæ solum institutor, verum etiam  
animi, ac virtutis magister ad libe-  
randam patriam impulit, instruxit,

*De Afferenda Hisp.*

& armavit , Hocrates clarissimum  
Thimoteum Cononis præstantissimi  
Imperatoris filium , Xenophon Age-  
filaum , Philolaum Architas Tarenti-  
nus , & Pytagoreus ille Lisias The-  
banum Epaminondam litteris insti-  
tuerunt. Cui enim hoc perspicuum  
non est , quod pluribus equidem  
probare argumentis possem , nemi-  
nem , neque ducem bello , neque  
Principem domi , magnas res , & sa-  
lutares sine prudenti consilio , & litte-  
rarum adiumentis efficere potuisse?  
Quod ex veteribus per multi clarissi-  
mi viri considerantes, Philosophorum  
otia , solitudinem , vitæque institu-  
tum , persequebantur , quorum au-  
dire colloquia , libros legere , medi-  
tati præcepta , in militia etiam , &  
medio bellorum æstu avidissimè co-  
na-

nabantur. Pulchrum erat mediusfidius intueri Principes illos bellatores, quo animi ardore in acie pugnarent, eodem penè mentis vigore causas agere in foro, & Philosophorum scholis disputare. Itaque Maximilianus Imperator huius nostri felicissimi Principis fortunatissimus proavus, quum præceptorem daturus esset Carolo nepoti, tanti Imperij, & Regnorum hæredi, unum Adrianum præcipua quæsitum cura delegit, repudiatis, qui se ambitiose prætulerant, vel amicorum studio producti ingenium varijs artibus ostentabant. Hæc vero Maximiliani singularis, & divina prudentia non ita post annos repetita fuit in eodem Carolo Cæsare invictissimo Imperatore, erudiendi Philippi Principis Reverendissimo

Ioan-

Ioanni Martino Siliczo præstantissimo eius ætatis Philosopho de mandata cura. Neque tam est his temporibus Hispania nostra bonis, & eruditibus vacua, & spoliata viris, ut non academia una Complutensis decem possit pro uno Aristotele magnos, & incomparabiles præceptores Carolo puero suppeditare. Sed revertamur rursus ad eruditos Valentinos, siquidem nescio quis me ardor animi, & occulti amoris flamma iamdudum considerantem urunt, quantum scilicet illud decus fuerit, quam rarum, & incredibile, & ante annos multos post unum illum Aragoniæ ex stirpe Regia virum, Hispanis nostris inauditum, qui patrio, & avito relicto Regno: inter Monachos privatus vitam agere decreverit, quod foelicissimis

mis his temporibus illustrissimus vir  
Franciscus Borgius Dux Gandienſis  
fecit, qui divinis incensus, & inflam-  
matus tedis, repudiato amplissimo  
patrimonio in Societatem Religioſo-  
rum Nominis IESU, glorioſe qui-  
dem, ac ſapienter illatus eſt. Quæ  
quia me vehementer terrent, & ma-  
gis, ac magis contemplantem attoni-  
tum, ſuſpenſumque reddunt, po-  
tuiſſe virum illuſtrem, publicis func-  
tum honoribus, florentem opibus,  
potentia eminentem, generoſis libe-  
ris auctum, ſuis charum gratum alie-  
nis, à fluctibus ſecularibus emergere,  
& à domina voluptate respirare, non  
ſanè auſus fuero, tantum virtutis, &  
divini amoris documentum tenuita-  
ti ſtyli mei committere. Illam ta-  
men nobilitatem, quam ex laude op-  
ti-



timorum studiorum, & artium sibi  
 comparavit, quid me celebrare impe-  
 diet? Nam in oppido Gandiensi,  
 quod caput est borgianæ ditionis per  
 celebre Collegium ædificavit, sala-  
 riaque constituit artium, & lingua-  
 rum professoribus, præter quotidia-  
 nos illos sumptus, quos alendis Re-  
 ligiosis Nominis IESU, plenè cu-  
 mulareque facit. Librum præterea de  
 Christiana pietate, & seipsum cog-  
 noscendo composuit, qui nunquam  
 erat à manibus nostris meo consilio  
 deponendus, tam est undique Cœles-  
 ti Philosophia, & Spiritu Divino re-  
 fertus. Quod si Plinius historicus na-  
 turæ Ciceronis officia ad verbum iu-  
 venibus edisci iubet, & Hesiodum  
 Græci pueris primum interpretaban-  
 tur, à quo cum eloquentia, viven-  
di

di quoque præcepta mutuarentur, nos commentarios illos non quotidie sumus in manus, unde sanctitas, religio, pietas, neque insulse, neque imperite proficiscuntur? Non hæc dico, privato ulli affectui inserviens, (historiam enim, non fabulas conscribimus) sed admiratus profectò patere etiam eloquentiæ locum inter sacras, & pias litteras, quod non usus, aut exercitatio ulla scholarum attulit, sed inflammata mens Cœlesti igne, & calore divini furoris agitata, fudit interdum eos facundiæ rivulos, quos nunquam Ciceronis, & Quintiliani præcepta dedissent. Talis mihi videtur Franciscus Borgius, & illorum plerique, qui spiritu magis, quam arte se exercuerunt, qui cum sine artificio ullo dicendi scrip-

fissent, aliquid tamen maius, & po-  
 tentius ipsa arte boni, & acuti lecto-  
 res inveniant. Ventura enim iam est  
 ad ea tempora, quum non tam præ-  
 clarum est scire latine, quam turpe  
 nescire, sic quidem hæc persuasio  
 paucis ab hinc annis magno, ac sin-  
 gulari numinis beneficio Hispano-  
 rum animos artificissimè tenuit, ut mul-  
 ti etiam viri nobiles arbitrati sint,  
 nunquam se veram nobilitatem esse  
 adepturos, quæ in virtute, admira-  
 bilique sapientiæ studio consistit, ni-  
 si plus attigissent eruditionis, quam  
 quantum prima illa puerili institu-  
 tione fuissent imbuti. Hoc prudenti,  
 & divino consilio Ioannes Serenissi-  
 mus Lusitaniæ Rex, qui mihi om-  
 nium primus honoris, & maiestatis  
 gratia fuerat nominandus, in decus

nobilissimæ gentis, & utilitatem studiorum, inter victrices lauros, quas ex Africa quotidie reportat, his temporibus Conimbrice fecit. Hic nobili constructa academia, doctissimos undecumque præceptores amplissimis conditionibus evocandos curavit, quorum illustri, præclaraque nominis fama non Lusitanos modò intra suum Regnum contineret, sed exteras, seiunctissimasque nationes tamquam in refertissimum rerum omnium mercatum ad suavissimas epulas invitaret. Unum inter plurima, quæ singulari Regis prudentia instituta sunt, quod me sæpè cogitantem plurimum recreat, veteri Scevolæ exemplo fieri audio, neminem ad ius civile audiendum admitti, qui non sit prius in dialecticâ tempo-

re



re aliquo versatus. Hic mihi licebat  
quam plurimos Lusitaniæ viros doc-  
tos oratione mea celebrare, qui præ-  
ter cæteras artes pulcherrimas, quas  
sunt consecuti, hac etiam dicendi  
laude delectantur. In his est Hiero-  
nimus Osorius, qui de gloria, & de  
civili, & christiana nobilitate nobi-  
lissimos libros suavi simul, & artifi-  
ciosa verborum structura citra ver-  
sum conscripsit. Sono, & numero  
orationis leniter demulcet aures, ut  
hac una possit singulari virtute cum  
Lactantio, & Christophoro longo-  
lio, & quovis alio Ciceroniano non  
iniuria certare. Aristotelica tamen  
quadam differendi ratione, & copia  
sic est usus, ut non ad voluptatem  
aurium, quæ summa est, sicuti ego  
æstimo, in hoc autore, sed ad iudi-  
cio-

ciorum certamen scripsisse videatur. Sequitur è vestigio Bartholomæus Pinus Portodomæus, qui longe abest ab his ornamentis, & delicijs orationis: propter ingenium tamen, & artes liberales quibus est institutus, & illud suum commentandi genus, quo librum Quintiliani sanè difficilem enarravit, Philosophis, & eloquentiæ studiosis non improbandus. Quod si omnes viros doctos nominatim persequi vellem, quum tam multi quotidie in Hispania se proferant, & ostentent, nullum sanè esset oratio mea habitura modum: nam, & copia narrantem obrueret, & quod certius fore pertimesco, pudor cohiberet viventium laudes, & honor alienæ virtutis moveret invidiam, quæ solum pertinaci silentio sanari possunt. Sed

F

num-

Tome de la de los  
vijos

numquam hæc religio me ab hoc conatu repellat, quin celebritatem incredibilem, & gloriam Academiae Complutensis ferè immensam memoriae posteritatis sempiterno præconio consignem. Mihi igitur Academia Complutensis publicum videtur esse totius Hispaniæ oraculum, ubi humanæ vitæ sortes laureati versant Theologi, quos non solum numero, sed divina quoque sapientia cæteris totius Hispaniæ doctoribus, si non præferre propter invidiam audeamus ne postponendos quidem iudicamus. Philosophorum præterea, & qui alijs disciplinis in sectas, & familias distributi, operam navant, tam est innumerabilis, infætaque multitudo, ut singulorum annorum foetura possit viris doctis ( sicuti te ipsa comper-

pertum est ) tota undique repleti His-  
 pania. Atque ut totam hanc ratio-  
 nem Academiæ Complutensis ad ve-  
 terem studiorum formam , & imagi-  
 nem amenissimè confetam. Hic ca-  
 nunt ( ut inquit Martianus ) redimiti  
 vates , personant fidibus musici , di-  
 cunt ad clepsydram oratores : devo-  
 luunt Plato , & Archimides aureas  
 sphas , ardet Heraclitus : udus est  
 Thales , volitat Democritus circum-  
 fusus atomis , replicat Samius Pyta-  
 goras Cœlestes numeros , requirit  
 Aristoteles endelechiam , ducit Zeno  
 anum providentem. Illud quoque ad-  
 do Hippocratem , & Galenum medi-  
 cinam ex nocte densissima , in qua  
 usque ad hæc propè tempora latue-  
 rat , in lucem revocasse , partim publi-  
 cis , & quotidianis , disputationibus



Complutensium medicorum, partim editis doctissimis commentarijs, qui in Templo Æsculapij ( ut quondam fecit Hippocrates ) in scribi, & dicari potuissent. Cæterum ut artes omnes, & disciplinas nobiles hæc Academia perbeate coluit, ita unius eloquentiæ studio adeo fuit incensa, ut magnos oratorum partus perbreui tempore tulerit. Hinc illi, quorum ego memoria vehementer recreari soleo, orti fuerunt, Lupus Herrera, Laurentius Balbus liliensis, Ioannes Ramirus, & Petreius Toletani. Quorum hic postremus immatura morte nobis ereptus, ingenij, & eloquentiæ suæ triste Desiderium Academiæ Complutensi reliquit. Impetratum hoc ( quantum ego arbitror ) à Ciceronis manibus, ne si diutius ille vixisset, inven-

ven-

ventus esset aliquis, qui ex eloquentiæ laude ad ipsum Ciceronem aspirasset. Sed cum esset iuuenis, delectabatur magis, quam inflammabat, & quodam quasi cantu detinebat auditores, & suavitate vocis, cuius plurimum illi natura dederat, sic exhilarabat animos, ut perorata causa, dimissi, qui in ea contione aderant, honorifice, & cum admiratione de huius viri eloquentia loquerentur, & multis post diebus sermonibus requirerent amœnitatem illam. Sed me movebat magis Ioannis Petrei poësis, quæ non humanum aliquid, aut infimum, sed divinum, & excelsum sonabat, ubi non ille languor inerat, quem orationis iocunditas, ubertas lactea, suaviores numeri, imitatio Ciceronis afferebant: sed magnitudo

quædam, & sublimitas mentis, quæ  
vi quadam occulta, & spiritu magni  
vatis hominum mentes permovebat.  
Utraque verò arte plurimum valuisse,  
testes sunt Complutenses. Nec illi de-  
fuit extemporalis facultas, vel ultro,  
& ex consuetudine declamanti, vel  
sæpè etiam adventu procerum, & vi-  
rorum nobilium intercluso, ubi non  
paratum aliquid, & præmeditatum  
recitabat, sed de omni re proposita,  
quam modo intellexisset, ornate, &  
copiose, & incredibili quadam suavi-  
tate differebat. Verum huius æqua-  
lis Ramirus doctor Theologus, &  
Rhetor primarius Academiæ Com-  
plutensis, plus habuit meo iudicio in-  
dustriæ, quæ naturæ, quamquam  
utriusque sanè permultum. Actio ta-  
enim propter foeditatem oris non sa-  
tis

tis commendabat huius viri orationem, quæ cum à doctis per otium legeretur, & omni artificio dicendi, & lectissima copia, & nitore Romano, & summa gravitate absoluta iudicabatur. Fuit amator popularis eloquentiæ, quam ita per omnem vitam complexus est, ut eos persæpè reprehendere soleret, qui se à rebus vulgaribus, & maximè notis ad sublimes, & reconditas inutiliter, & ambitiose subducerent. At Lupus Herera, & Laurentius balbus liliensis, ut ingenio præstantiori, ita doctrina uberiori fuisse putantur, quod sanè ex eorum monumentis perspicere potest: nam orationem alter de studijs humanitatis omni antiquitate, & doctrina refertissimam, tametsi parum luculentam, propter styli affect-

tationem reliquit. Commentarios alter perquam eruditos in Valerium flacum conscripsit, testes certe eruditionis singularis, & memoriæ stabilis, & firmæ, quæ plurimum in eo viro eminuisse dicitur. Sed linguæ græcæ cognitione, cuius fuit sine controversia doctissimus, autoritatem sibi maiorem, & ingenij commendationem est consecutus. Ne prius quidem à Complutensibus discedam, quam te Ludovice Catena, cuncta pene audiente Hispania, in Regno tuo collocem. Gloriarî enim in primis (me iudice) licet Academiæ Complutensi, habere se cancellarium clarissimum oratorem, numerosum, & iocundum Poetam, præstantem Philosophum, optimum Theologum, nihil præterea esse ulla in arte

rerum omnium, quod ipse nescias, sisque unus instar populi, ut Anthimachus dixit de Platone. Verum illud non studio amplificandi eloquentiam tuam, verissime referam, neminem à me inveniri hodie, ex his quos de arte, & dicendi vi erudita miratur Italia, qui locos communes maiori rerum varietate, suavitate, & copia, quæ tu unquam pertractaverit. Deum immortalem, quam me sæpè sine fastidio delectasti, eodem plus millies repetito argumento, quam novus semper, & recens in causa non semel perorata versabaris? Quas fascies auditorum animis de integro subijciebas? Qui quum annos quindecim in eadem ferè materia te exerceas, nullusque mensis sit, in quo non pluribus diebus pro magistris, & doctoribus

bus dicas, ita te tamen à privata, &  
 singulari controversia ad universi ge-  
 neris vim explicandam varie conferre  
 didicisti, ut nunquam non iocundus,  
 & novus accedere videaris. Sed illa  
 est omnium tuarum virtutum præci-  
 pua, & maxima laus, in qua exultat,  
 & serio triumphat oratio mea, quod  
 dio, ac multum repugnantibus bar-  
 baris sophisticam à Complutensi  
 Academia fortiter eieceris, ubi annos  
 multos cum gravi detrimento bona-  
 rum litterarum, & dedecore nostræ  
 nationis ad risum usque, & con-  
 temptum exterarum gentium regna-  
 vit impune. Sed nos iam dudum vo-  
 cat Salmantica antiqua musarum do-  
 mus, quam litterarum facta coeules  
 tacitam præterire non possumus. Hæc  
 Licurgus, & Solones alii, & præter  
 pau-

paucos Monachos eximie doctos, quos nuper Cæsar Tridentum ad Concilium vocavit, unum habet Fredenandum Pinrianum multæ, & variæ lectionis virum: quo nemo vivit hodie, aut veterum autorum litterate peritior, aut utriusque linguæ callentior. Hic post edita quamplurima optima, acerrimique iudicij, & abtustioris doctrinæ monumenta; doctissimas item in Caium Plinium observationes, opus, ut infiniti laboris, ita quidem utilitatis ingentis proxime in lucem emisit. Verùm nescio quo malo fato adhuc sic, ut Salmanticenses viri graves, & qui primum scholas ingressi, ad honores statim, & Reipublicæ administrationem, cuncta suo nutu gubernaturi, spirant, tanta elequentiæ neglectione laborent, quantam nec



legum, quas profitentur; maiestas, nec studium boni patroni, nec illa ipsa consilia Regia, quibus ceu Minoes, & Rhadamanti adhibentur, quoquo pacto ferre possunt. Qui si Platonem aliquando, aut Ciceronem in manus sumerent, dabitare equidem non possum, quin essent percepturi animis, ingens in eloquentia vesti momentum optimæ gubernandæ Republicæ. Neque enim de professoribus loquor, quos multos, & doctissimos Salmantica habet, sed de auditoribus hæc publica, & iusta querela est: qui summam civilis scientiæ esse putant, pulchre vestitos esse in causis agendis, & nihil propter gravitatem latine loqui. Porro Salmantica discessurus, non est cur silentio præterire debeam virum incomparabilem

Parangonatus est in litteris  
de medicina.

bilem Franciscum Victoriam, qui splendor instituti dominicani, decus, & ornamentum. Theologiæ, exemplar antiquæ Religionis fuit. Hic Theologiam, ut Socrates quondam Philosophiam, à Cœlo evocavit, quam non in Hispaniæ modo civitates, sed domos etiam, & animos hominum sic invexit, ut sint hodie per multi illius discipuli, quos propter admirabilem scientiam, & exquisitam rerum copiam exteræ nationes iure debeant admirari. Huic verò tam excellenti, & divino homini parem fuisse arbitramur Ioannem Methinæum Complutensem non ingenio solum, quò plurimum vixit, sed doctrina, & subtilitate quadam differendi, & reliquis etiam animi ornamentis, quæ permulta in hoc singula-

la-

lari, & summo viro fuerunt, quem nec abscibendo deterruit amplitudo victoriae, nec huius unius viri studia, quae per annos viginti compluti flourerunt, potuit quisquam sua copia obscurare. Fuit enim hoc datum dono quodam providentiae duabus maximis, & amplissimis Hispaniae Aca-  
demijs, ut duo in eis summi Theologi eodem tempore versarentur, unde fructus doctrinae admirabiles in omnes partes ex aequo, & sine invidia redundarent. His duobus eiusdem aetatis annumerabatur nemo tertius. Verum post Theologos Complutenses, quibus, sicuti ego statuo, nihil fieri potest siderum conversione perfectius, philosophiae, iuxta atque Theologiae arcem hodie citra controversiam tenent Dominicus de Soto  
Se-

Secobiensis, Alfonso de Castro Zamorensis, Reverendissimus vir Melchior Canus, Bartholomæus Mirandensis, quibus ego Ludovicum Carvaillum merito fortassis adiungerem, nisi me conantem præclarum aliquid, & eximium de nobili, præstantissimoque monacho dicere, irati, simul, & indignabundi Erasmi manes à proposito deterruissent. Cæterum Dominicus de Soto unicum ingenuarum artium columnen totius Hispaniæ consensu cæteris studio, & doctrina præstitisset doctoribus, si suo Thoma, & Aristotele contentus, præclaram illam ad Romanos epistolam commentarijs non attigisset. Volare quidem in Cœlum cum Icaro voluit, & calore solis resolutis pennis, in mare vastum, & mire spatiosum quamlibet acutus logicus,

cus, & magnus Theologus eruditorum iudicio præcipitatus est. Alfonfus autem de Castro Zamorensis monachus Franciscanus, si ut aliena, cum hæreticis congressus, fortiter, & literate nimis refutavit, ita ornate, & copiose confirmaret nostra, ne quidem vererer cum veteris ætatis præcipuis autoribus multis quidem doctrinæ partibus comparare. At summi viri Melchioris Cani, & Bartholomæi Mirandensis omnis illa ingeniorum, & singularis doctrinæ nunquam satis pro meritis laudata facultas ex monumentis ipsorum non ineleganter scriptis, perspicui potest: quæ, & omnino absoluta est, & perfecte diserta, in eoque constituta loco, quem multi mirentur, & pauci attingant. Nusquam autem, quod ego legerim, aut plu-

*de Castro*

*de Castro*

plures olim Academiae fuerunt, aut  
privata eruditorum collegia, quam  
hodie sunt in Hispania, si veterem  
Graeciam recordari, & florentem quo-  
que Italiam meminisse iuvat. Nam  
retinet etiam nunc veteris vestigij for-  
mam, & antiquae maiestatis imagi-  
nem aliquam fundata à Sertorio Aca-  
demia in Urbe Osca, ut est à Plutar-  
cho memoriae proditum. Et habent  
suos litterarum celebres ludos Illerda,  
Valentia, Ossuna, Granata, Pintia,  
Hispalis, Barcino, & Cantabria illa fe-  
rox, quae fera (ut Flacus canit) vinc-  
ta est catena: nunc primum (quod  
est ingentis admirationis) & latine  
loqui, & philosophari coepit. Laco-  
numque illa brevilocutione: qua ute-  
batur, in Atticam conversa est. Hoc  
loco mihi fuerat vicatim peragrande

tota Hispania, & celere stylo in omnem partem percurrenda, ut acervatim narrarem, qui urbe Toletum prodierint viri eloquentes, ubi una domus Vergaræ est, cuius eadem felicitas, quæ olim Curionibus, ut tres in ea clari nominis essent oratores. Qui Soria, Numantia quondam vacuum, (ut Straboni, vel ut Plinio placeat) Pelendonum appellata, qui nunc Burgis, Pintia, Hispali, & in ipsa Cæsaris aula vivant in gloriam præsentis seculi excellentes philosophi, & oratores. Sed cohibendus est stylus: nam timeo vehementer, ne iudicium premat amor, & affectu nimio occupatus animus inquirendæ veritatis rationem amittat, velut amantes qui de forma iudicare non possunt, quia æstus ille cupidinis ardentissimus

ocu-

Frena  
et  
frenis

oculorum sensum perturbat. Quamquam non patiar sic à me præteriri levi orationis cursu Ioannem Vergaram Toletanum, qui omnium primus inter viros Hispaniæ doctos iustissimis de causis fuerat mihi referendus, vel quod græcas, & latinas litteras foelicissimè à puero didicisset, vel quod eruditi, ac disertis oratoris palmam sæpè, non repugnante Italia, meruerit, dum pro Ecclesia Toletana ad Romanos Pontifices scriberet, vel quod nullum sit scriptorum genus, in quo non ille bene, ac præclare fuerit versatus. Qui si tantus est, quantum æqualis meus, & familiaris Alvarus Gometius, vir litteris græcis, & latinis, ingenio simul, & doctrina ornatissimus mihi prædicavit, quem illi parem hoc tempore faciam, unum,



aut alterum invenio, superiorem habeo neminem. Nam quantum huius Germanus frater Franciscus Vergara ingenio, & doctrina præstitit, non modò edita ars græca, sed cuncta Academia Complutensis, quæ hoc præceptore, & patrono multos annos usa est, nobis omnibus testatur. Sed longius intrabo, & si occurrat posse reperiri non invidos solum, quibus referta sunt omnia, sed momos etiam sandalium Veneris carpentis, non tamen committam, ut invictissimi Cæsaris historicorum sit meo sit non illustrata fama.

Habet enim Cæsar tres, quos ego noverim, ornatissimos viros: qui rerum à se gestarum diverso quidem stylo, sed non dispari fide, aut diligentia conscribunt, qui cum primam histo-

3 *significandi de Cæsar in hisp. ria*

riæ legem religiosissime servant, primum ne quid falsi dicant, <sup>2</sup> deinde ne quid veri non audeant, ita omnes historiæ virtutes complexi sunt, ut illud Senecæ locum non habeat. Quis unquam ab historico iusiurandum accepit? Nam Petrus Messias eques Hispanensis, qui nuper, è vivis non sine magna bonarum litterarum iactura commigravit, instar amnis leniter labentis sedatus fuit, fidelis est, & valde circumspectus in historia, & quodammodo, ut Quintilianus de Messalla dixit, præferens indicendo nobilitatem suam. Fuiſſet tamen quorundam eruditorum auribus multo dulcior, si linguam Hispanam paucis vocabulis latinis non viciasset. Hoc tamen mihi peregrinum non videtur, quod suo loco, quod maiore qua-

*quidam*  
*quidam*  
*quidam*

dam significatione, quod suaviori sono Hispano sermoni infertur. Aut dele ex lingua Hispana Græcas, & latinæ phrales: expunge hebraismum: tolle tot gentium, & nationum Vocabula, quæ cum Imperio introducta fuerunt. Urgebo etiam magis: prohibetur assertor linguæ Hispanæ, ne Marcus Tullius græca latinis coniungat, tum ego Hispanis latina non copulabo. Fuit ista Pomponij leti stulta, & scrupulosa dum viveret persuasio ediscendi nunquam litteras græcas, ne sermonis latini puritatem cultu alieno deturparet. Verùm cum lingua latina græcæ filiola sit, divinare utique nequeo, quonam modo Pomponius letus ad istam Romani sermonis proprietatem, & arcana linguæ latinæ pervenire potuerit, nisi plus ille

ille suo tempore viderit, quàm Cice-  
 ro, & Marcus Varro, quos linguæ  
 latine deos semper Roma coluit. Ita-  
 que non est, neque futurum aliquan-  
 do permittemus, summo ingenio vi-  
 rum, doctrina item maiore hominum  
 opinione, læsæ, corruptæque linguæ  
 Hispanæ apud nos reum agi, qui cum  
 homo Hispanus sit, summa interdum  
 gratia, & non sine aliquo eloquentiæ  
 mysterio latinisset, quum latinis quo-  
 que, cum velint, permissum sit, ci-  
 tra culpam græciffare. Mox adest (II)  
 Gennadius Sepulveda Cordubensis, in  
 quem intuenti crebro in mentem mi-  
 hi venit vereri, et quod sit habitura  
 curriculum, illa, & natura admirabi-  
 lis, & exquisita doctrina, & singula-  
 ris industria, qui cum multis in re-  
 bus excellat, sic in omnibus tamen

eminet, ac si totum suum otium in singulis reposuisset, latine vertit Aristotelem, & quæ à doctis accepit græcis, si digna existimavit, in quibus elaboraret, multò quàm in ipsis fuerant explicata autoribus, meliora reddit. Genus orationis habet fufum, tractum, & cum lenitate quadam profluens, quale historia (autore Cicero) postulare videtur. Hinc quibusdam error natus est, modo errore illi, ac non verà potius, certa que sententia trahantur, ut tam in admirabili, aureoque eloquentiæ flumine, quantum in Gennefio Sepulveda attoniti intuemur, spiritum aliquem amplio rem desiderent, calorem incensio rem quæ rant, & flammam maioris incendij postulent, non intelligentes fusioribus numeris placidam, quæ tam-

tamque orationem reddi. Sit igitur  
 hoc Genesij proprium, perpetuum-  
 que elogium, laudatum fuisse ab  
 Erasmo, celebratum encomijs à Pau-  
 lo Iovio, sublatum in Cœlum à Lillo  
 Gualdo Ferrariensi, neminemque  
 unum esse ex his, qui de claris doctri-  
 na viris ætate nostra conscripserunt,  
 qui non Hispanorum primum Gene-  
 sium sepulvedam meminisset. Satius-  
 que iam esset, de aucta eius dignitate  
 loqui, quam de artibus, & studijs, de  
 quibus nemo, modo eruditus esset,  
 unquam dubitavit. Postremus est Flo-  
 rianus, qui mihi vir unus, & veterem  
 maiestatem Imperij representat, &  
 quadam cum gravitate eloquentiæ,  
 & puritate sermonis Hispani ad scri-  
 bendam historiam se maxime appli-  
 cat, clarissimum historici nomen  
 trans-

*atimuan-  
 te?*

III

*juicio  
 certis*

transmissurus ad posteros. Decretum mihi erat, nil de præstantissimo viro, & antiquæ nobilitatis præfule *Min-*  
*doniensi*: qui solus aulicorum mani-  
 bus proximis annis gestabatur, pri-  
 vato iudicio statuere: nisi me iu-  
 ritum, & plane repugnantem libe-  
 llus vulgatus à Petro Rhua Sorien-  
 si, homine cum paucis erudito, in  
 hanc censuram pertraxisset. Ego ve-  
 rò sic existimo virum hunc miræ  
 facundiæ fuisse, & incredibilis uberta-  
 tis naturæ: sed omnia rerum mo-  
 menta (quod *Pedio* obiecit *Persius*)  
 rasis librat in anthitetis, doctas  
 posuisse figuras laudari contentus:  
 fulgurat interdum, & tonat, sed  
 non totam (ut olim *Pericles* Athe-  
 niensis) dicendo commovet civi-  
 tatem, & dum nihil vult, nisi cul-  
 te,

juvino  
 nec de

liber de his libris etc.

te , & splendide dicere , sæpè incidit in ea , quæ de risum effugere non possunt. Qui si illam extra ripas effluentem verborum copiam artificio dicendi repressisset , & graviorum artium instrumento locupletasset , dubito quidem , an parem in eo eloquentiæ genere in Hispania esse inventurus. Hoc dicendi genus corruptum , & omnibus nugis , & delicijs fractum , ante hunc Herodatum Hispanum Amadisij , & Splan-  
diani , & similium librorum male feriate auctores sibi excogitarunt , qui multa quidem præclara dixerunt , adiuvante natura : tamen quia id fortuito , & non arte fiebat , paratum esse non potuit. Hinc adulationes , & iperboles poeticas tumido , elatoque sermone plerique sunt bucinati ,

Ho-



Homerus, quod refert Lucianus de Agamemnone, commentus est, quod capite esset Iovi similis: pectore Neptuno: Zona Marti: quasi Deus unde ad similitudinem Regis unius non sufficeret. Etenim multa hominum ingenijs donanda iudico, sed vitia ( ut inquit Seneca ) donanda sunt, non portenta: nam ea sæpè finguntur à multis, quæ magnos, & sapientes viros de se ipsis audire pudet. Quod utique Aristobulo ( ut idem facetissime narrat Lucianus ) accidisse legimus, non acutius aliquid scribenti, quod sanè ferendum est in historia, si Marco Tullio credimus, sed aperte mentienti, quod non licet. Nam cum notum illud, & maxime celebre Alexandri, & Pori Regis singulare certamen à se scriptum, coram ipso

Ale-

Alexandro legeret, putaretque vecordissimus homo se maximam apud Regem gratiam initurum esse, si de rebus ab eo præclare geitis quam amplissime nugaretur, quædam falso per adulationem adiecit, quæ cum Alexander audiret, subita indignatione Princeps altæ mentis commotus, creptum manibus librum in fluvium Hidaspim, quo tunc forte navigabat, quam longissime proiecit. Et te, inquit, eodem modo oportebat Aristobule præcipitari, qui talia pro me singulari certamine pugnaveris, & elephantos sagita interfeceris. Etenim si hanc Alexandri reliquis suis factis exequatam virtutem Græciæ Principes imitati fuissent, nunquam quidem tot portenta fabulosa nobis peperisset Græcia: quæ nostri nunc

His-

Hispani in regum aulis desides, omni-  
 nique otio soluti, legendis Fœliciani  
 prodigiosis nugis complecterentur.  
 Romana quoque historia, (quod in  
 Bruto Marcus Tullius tacere non po-  
 tuit) mortuorum laudationibus, fac-  
 ta est mendosior: cum enim ab alijs  
 scriptas orationes in familiæ suæ qua-  
 si ornamenta, ac monumenta Ro-  
 mani veteres servarent, & ad usum,  
 si quis eiusdem generis occidisset, &  
 ad memoriam laudum domestica-  
 rum, & ad illustrandam nobilitatem  
 suam pro historijs à posteris receptæ  
 sunt, cum multa in eis fuerint scrip-  
 ta, quæ facta non sunt: falsi trium-  
 phi: plures consulatus: genera etiam  
 falsa: & ad plebem transitiones: cum  
 homines humiliores in alienum eius-  
 dem nominis infunderentur genus.

Verùm quæ à nostris veteribus Hispanis scripta est de rebus domesticis historia: ut omni dicendi artificio: & orationes lepore caret, ita fide rerum gestarum principatum tenet. Nam Lucas Tudensis: Rodericus Toletanus, & alius huius nominis Pallantinus, cùm non ad voluptatem aurium, sed ad memoriam, & iudicium posteritatis scripsissent, cum à delicijs longissime, tum ab ineptijs, & mendacio procul abfuerunt. Quibus si nobilium Hispanorum genera: familias: imagines: armorum emblemata: post absolutam magnam illam; quam iam pridem Florianus conscribit historiam: præstiterit, nihil erit in hoc genere vel certius nostris annalibus: vel propter hanc unam laudem memorabilius. Sed plerosque

*invenit  
H  
certe  
de arti  
ficio  
para  
de v  
T.M.C.*

eorum, quos nominavi, pura, & illustri brevitate præcurrit clarissimus vir Ludovicus de Avila : qui lectissimam illam, aulicamque elegantiam, quæ fuit in Cæsare quondam maxima : & nomen quoque ipsum commentariorū, conscripta nuper de victoria germanicæ historia, sola fere est imitatione consecutus. Nativis etenim, & maxime proprijs, & urbanis utitur verbis, quæ quamvis domestica, ut Caius Cæsar, consuetudine imbibit: tamen ut esset perfecta hæc loquendi laus, multis litteris, & his quidem reconditis, summo studio, & diligentia dum in aula versaretur, etiam obtinuit. Est in hoc eruditorum numero Constantinus nobilissimus concionator, cuius eloquentia sacris educatione concionibus, quoad Hispali vixit,

ad-

admirationem habuit, qualem quidem Cicero in perfecto oratore, dum aliquid exquisitius, & divinum quaereret, inter cetera vehementer desideravit. Amplum obtinuit orationis genus, & effluens sententijs argutum, & verbis sonans, cuiusmodi rostris, & popularibus concionibus maxime congruebat. Unum habet, quod artis dicendi ignari, imperitique homines in hoc excellenti, summoque concionatore non affecuntur, qui cum ex ultimis Divinae Philosophiae penetrabilibus prope semper sumptas, repetitasque conciones confitatur, sic popularibus instruit verbis, sic multa communi sensu perficit, sic extra scholas, & doctrinam versatur, ut cum summopere delectet auditores, putent statim è proxi-

mo, medioque vulgi accepta esse,  
 quæ tamen in intimis Divinæ Philo-  
 sophiæ visceribus altissimas radices  
 egerunt. Nemo mihi ante hunc di-  
 fertum, & miræ facundiæ virum,  
 quisquam vere potuit persuadere, ut  
 poetas, sic oratores omnino nasci.  
 Quod ego demum illo die cognovi,  
 quo in magna doctorum frequentia  
 compluti concionantem audivi. Tum  
 equidem, tum intellexi uno eodem-  
 que naturæ vinculo oratores cum  
 poetis fuisse colligatos. Nam ut poe-  
 tis, si naturæ parentis igniculi de-  
 sint, ardua, & sublimia excogitare  
 non datur, neque verborum habere  
 delectum, neque numeros aptate  
 posse: ita oratores adversante Genio,  
 neque mira quædam invenire valent,  
 neque proprie, & copiose dicere, ne-  
 que

que quatenus deceat, & quantum intelligere possunt. Multum itaque Constantinus debet arti, sed plus naturæ, & diviti venæ, quæ plura quotidie gignit, quam ars ipsa duro, pertinacique studio invenire potuisset. Sed iam dudum me expectari à Complutensibus sentio, ut de Cipriano Monacho Cisterciensi qui vario auditorum iudicio sacras litteras compluti profiteretur, sententiam quoque meam pronuntiem. Quod ego sanè libenter faciam, & quod propositum est colligere eos, qui non doctrina solum, & eruditione præstare putantur, sed qui munere etiam aliquo eloquentiæ, aut præteritis temporibus functi fuerunt, aut nunc propter hanc unam eixmiam, singularemque virtutem doctis omnibus in ad-



miratione sunt: aut quod summam  
 voluptatem capio, tam ornatum vi-  
 rum, tamque excellens ingenium in  
 Academia nostra, & Republica flo-  
 rere. Quamquam multo quidem li-  
 bentius ad hoc ferendum iudicium  
 accederem, nisi dum unius viri gra-  
 riam inire quero, ex iudicio ipso  
 protinus nata invidia, multorum fa-  
 vorem timerem amittere. Nam quis  
 non videt, quanta mihi pugna cum  
 Principibus scholæ nostræ viris, iure  
 fortassis subeunda sit, qui inter tot  
 præclaros, & excellentes professores,  
 quot magno, & singulari dei benefi-  
 cio Academia Complutensis hoc tem-  
 pore habet, unum præter cæteros  
 prædicandum suscipiam, ubi omnes  
 sunt immortalis famæ præconio dig-  
 ni. Itaque aut cunctos celebrare ex

æquo

æquo oportebat, quos ingenij scilicet, & doctrinæ ornamenta viros maximos, & admirabiles reddiderunt: aut universos uno præteriti silentio, ne cuiusquam offensionem ( ut sæpè fit ) incurreremus. Sed cum hoc, quod exercemus, clarorum virorum iudicium sit, fierique nequeat omnino, ut victis, & victoribus una placeamus, pertinatis silentij unum erat remedium, nisi me quorundam sciolorum indocta pariter, & perturbata de Cipriano iudicia movissent, magis in circulis addiscentium effusa temere, quam lata prudenter. Itaque huic viro religioso nihil neque à natura, neque à vera, & solida doctrina, sicuti ego iudico, deesse invenio, ut non inter claros nomine sapientiæ viros sit cum primis non à me referendus.

dus. Siquidem ad græcas, & latinas litteras; quas raro, fœlicique fretus ingenio perbreui tempore didicit, Hebraicas, atque item Chaldaicas præclare adiunxit, ut esset nihil, quod ille ignoraret studio, & interpretationi Divinæ Scripturæ necessarium. Atque præter hanc linguarum peritiam minime vulgarem, fusa etiam, splendidaque verbis eloquentia, cum multa, diutinaque bonorum autorum lectione, tum peculiari quodam naturæ dono fœliciter illi contigit. Quæ cum se in copia magis, quam brevitate ostendet, hoc evenit interdum, ut dum præ nimia fertilitate luxuriantis ingenio habenas laxet, immodicus, & redudans quibusdam videatur. Quotidianas verò Scripturæ Divinæ prælectiones supra modum auget,

get, & amplificat, insertis subinde locis communibus, quos, quia non de more sophistarum in spinosas dialecticæ questiones confert, sed molli potius, Xenophonteoque genere sermonis tractat, vacuum eruditione doctissimum virum multi queruntur, quum secus fluat alveo pleno. Neque enim vident inconsiderati homines vitium apertum esse, solam virtutem sententias putare, quo tota fere Quintiliani ætas iam inde ab Annæo Seneca hoc malum usque repetens, in miserabilem casum, & interitum eloquentiæ laboravit. Nam quæ obscuro sacrarum litterarum interpretatio illa esse potest, quæ aridis, & ieiunis conferta sententiolis, nullum umbris, aut communibus locis spatium relinquit, quos parum culti, & impoliti

*modus de interpretat. ca. 11.*

autores materias appellant? Mitto  
 quod affectus, & colores, & illa ipsa  
 in qua (autore Cicerone) exultat ora-  
 toris laus, amplificatio, & figi al-  
 tius auditorum animis, quæ dicun-  
 tur, & diutius retineri, quum oblec-  
 tent, occulta quadam vi, ac potesta-  
 te efficiant. Itaque virtus, non vi-  
 tium est, res quas tractes, plenius,  
 & uberius amplificare, quoniam, &  
 rerum copia verborum copiam gignit,  
 quæ si usquam desiderari debuit,  
 à publicis præsertim professoribus,  
 & in permixta hominum corona, &  
 siciæ, Cœlestisque Philosophiæ ex-  
 plicatione expeti, ac requiri diligen-  
 ter oportuit. Reliquas porrò cum  
 doctrinæ, tum corporis animique  
 virtutes nobiles si nos pudore impe-  
 dit, nunc silemus, futura secula non  
 tace-

98  
 121

Inque la cithara

facebunt. Quoniam vita, mores, religio, vultus denique ipse, vocis præterea, ac sermonis cum gravitate lepor non modo ingenij huius viri commendationem non evertunt, sed incredibili fere totius Academiæ concursu studiosos omnes ad se rapiunt. Unum postremo, quod est reliquum sententiæ meæ testari nunquam pudebit, tantum virum datum fuisse divinitus Academiæ Complutensi, ut hoc insigni præceptore discant posthac nostri Hispani vere, & eleganter sacras litteras interpretari. Siquidem non vulgarem illam, & ridiculam interdum barbarorum hominum vitio, ex tropologicis, anagogicis, & reliquis sensis quadripartitam enarrationem facundia, & ingenio destitutus persequitur, verum ita ex arca-

nis

nis divinarum litterarum spiritum ducit, ut penetrasse eum ad Chaldaeos proculdubio suspiceris, quo miranda nostrae legis fundamenta revelaret. Hæc vero dicimus, non quod non amplectamur quatuor sensuo receptos ab Ecclesia, & Sacris Doctotibus, sed improbamus morem in doctorum hominum in exponendis sacris litteris, qui putant ex omni loco Divinae Scripturae semper quatuor sensus deduci oportere. Reliqui sunt, qui nostra, & patrum avorumque memoria, partim rithimis illigati Hispanis: partim (quod nostris temporibus nescio cuius Apollinis afflatu usurpari video) Italicis numeris magis artificiosi, quam suaves, & canori linguam nostram locupletarunt. Sed cum multa intercidant, invalescant-

que

Repetere la interpretatione SS.

metri modum

cantque temporibus; sitque certissima regula non in cuiusquam rei bona, aut mala natura; sed in usu potius, atque consuetudine, damnare equidem non possum, nec si possem maxime deberem, Principes huius artis nobilissimos, Boscanum, Lasum, Ioannem Hurtado Mendozium, Gundifaluum Perez, viros planè doctissimos, & quos in numero Petrarce, & Dantis, & si quos Italia præstantiores habuit, locare non timeo. At quorundam auribus dulcius sonant Ioannes Mena, Bartholomæus Navarro, Georgius Manricus, Carthagena, & Illustrissimus Marchio Ignatius Lopez Mendozius, tum veteres illæ cantiones, quæ clarorum hominum amores, & fortia facta, victorias etiam, & triumphos cum horrore

traditio  
miles



re aliquo antiquitatis iocundissime  
narrant. Mihi vero si minus aliud  
 amplitudinem, & divitias linguæ  
 Hispanæ hi ostentare videntur, qui  
 in hanc richmorum formam, vel io-  
 cundiores fabulas, vel honesta vitæ  
 præcepta contulerunt. Est enim lin-  
 gua Hispana locuples, & speciosa,  
 quæ non semitis, sed campis non uti  
 fontes angustis fistulis, sed ut latissi-  
 mi amnes, totis vallibus fluit, quod  
 Fabius de eloquentia ornatissime di-  
 xit. Multis tamen, ac dissimilibus  
 diversarum linguarum augetur voca-  
 bulis, quippe ex parte maxima latina  
 est, & græcas interdum, & hebrai-  
 cas dictiones incurrit, sæpè in Go-  
 thicis hæret, frequentissime arabicas  
 profert, ut nullum signum eviden-  
 tius habeamus, quo exteras, pere-  
 gri-

grinasque gentes in Hispaniam venisse credamus, quam unam ex tam divulsis, & quasi discerptis nationum vocabulis conflata linguam. Hinc mecum omnia versans, nihil Hispanorum ingenijs feracius esse putavi, his præsertim quæ disciplinis liberalibus excolta sunt, propterea quod ut segetes fœcundæ, & uberes non solum fruges, verum herbas effundunt inimicissimas frugibus, sic interdum ex illa divite verborum copia, qua supra modum Hispani abundant, non mirandum est, si novi nunc erumpant rapsodi, qui maiorum modulationibus non contenti, Itatorum assimilata poemata cum Ione Platónico divinitus scilicet inspirati canant. Ego enim, si ambitu certissimæ immortalitatis poeta esse vellem, optarem

illud



illud in primis, ut me dulces musæ  
remotum à sollicitudinibus, & cu-  
ris in illa facta, illosque fontes fer-  
rent, ut est à Vergilio amænissime  
exoptatum, ubi si de more veteri  
carmina in Theatro recitarem, to-  
tus repente mihi assurgeret, accla-  
maretque populus, quemadmodum  
præsente Augusto, ipsi accidisse Ver-  
gilio Cornelius Tacitus historiæ suæ  
mandavit, Mediocres verò poetas,  
qui nullis virtutibus accedunt ad Li-  
num, Orpheum, Apollinem, &  
illos, quos dijs genitos, & Sacros  
Reges delusa fabulatur antiquitas, aut  
mollioribus numeris, & maiestate  
carminis ad Maronem, Lucanum,  
Stadium, nunquam tanti fecit Hora-  
tius, quanti ipsi hodie se innani quo-  
dam artis invento arroganter effe-  
runt,

runt, & iactant. Quos Poetas ne nominare debeam, an versificatores, non equidem statuo, numerum sanè, & sonum, & lusus quosdam perurbanos in multorum carminibus inesse video, eruditionem verò, & spiritum vatis, & excultam, elegantemque linguam, (nam id quoque plurimum refert quo quisque loco linguam didicerit) morose sæpius, & scrupulosius requirò. Hoc quidem Cicero non in poetis modo, sed in ipsis quoque oratoribus, quorum magna est cum poetis affinitas, sæpissime desiderasse videtur. Nam, & Cæcilio competitori suo in causa illa de eligendo accusatore contra Verrem, hoc uno pudorem fecit, quod litteras græcas non Athenis, sed Lilibæi, & latinas, non Romæ, sed in Sicilia

*Anterum donde se apud la lingua* ← di-

didicisset. Omitto iam Poetas nostros, quibus neque studio quemquam, neque industria maiori, neque ingenio qui præstiterit, facile invenio, si maluissent quidam eorum culpa vacare, quam errati veniam turpiter deprecari, qui Hispanicum essent, Italicos modos, tanquam alienos fundos invaserunt. Unus postremo mihi restat vir nobilis Christophorus Colonus natione genuensis, sed Hispali urbe donatus, non studio iocundæ poësis ipsi Orbi notus, sed mathesis potius divinitate memorabilis: nam siderali scientia, qua erat egregie doctus, aut divino potius consilio excitatus, magnum quidem, & inauditum facinus est aggressus. Despectis enim Herculis columnis, per mare Oceanum, quod Atlanticum, & magnum appellamus,

*Epitaphio de Colono*

mus, in Antipodas feliciter navigavit, ubi novum Orbem, terras alias, & eas stellas, quas nunquam ex Hispania vidimus, omnium mortalium primus, nescio ne in suam magis, an illius gentis fortunam invenit. Et quod fuit quondam multis viris doctis incredibile, esse homines, qui adversa nobis vestigia premerent, ipse suis est oculis contemplatus, persuasurus etenim quantum ego credo Lactantio, & Augustino si eo tempore viverent, quod ineptias illi, & fabulas mathematicis artibus destituti, falso aliquando crediderunt. Itaque ter peragrato Orbe, per immensos navigationis errores Hispalim ad suos revertit, maiori quidem cumulatus gloria, quam Bachus olim, & Hercules, qui totam fere Asiam, & Europam mag-

*Martine, a d. de la Castell. ni-*

nificentissimis triumphis perlustratunt  
aut magnus ille Alexander, qui mun-  
dos adhuc alios suis restare victorijs  
suspirabat. Neque inter tanta fortu-  
næ blandimenta re alia gaudebat ma-  
gis, quam se duce in illos fines Orbis  
terræ propagatum esse Christi Evan-  
gelium, & in sonuisse nomen filij Ze-  
bedei, dum Aquilas Imperij, & Leo-  
nes Hispaniæ nostri homines victores  
inferrent. Hoc sibi lauream, hoc cur-  
rum auratum putabat, tumido, ac in-  
dignanti Oceano se primum compe-  
des iniecisse, non illas quas Mithridates  
olim furore amens mari minabatur, sed  
quæ libertatem christianam, & felicità-  
tatem sempiternam barbaris homini-  
bus pollicerentur, quod ipse secun-  
dum Deum suis referebat acceptum  
mathematicis, quæ per intentatum  
ma-

mare viam in alium Orbem munivissent. Huius etiam filius Ferdinandus Colonus prope æqualem vitæ dignitatem in otio tenuit, quam pater in negotio habuit. Nam ut erat eximius, singularisque Philosophus ædes ad Bæthim operose, magnificentissimeque ædificavit in loco salubri, & amæno, musis etiam maxime convenienti. Has circumtopiario opere exornavit, ubi constructa quam amplissima Bibliotheca, quæ viginti quinque librorum millia dicitur habuisse, tum annuis dotata redditibus, ne non quotidianis librorum accessionibus aucta, periret, vitam cum studijs terminavit.

Quod si tot doctorum hominum millibus Hispanæ eruditionis vituperatoribus non satisfacimus, prodeat etiam in aciem lectissimus fœminarum cho-



rus, qui de ingenio, & doctrinae laude cum Græcis, & Latinis genere admodum certet. An non ego iure opponam excellentem Calabriae Ducem, Zeneti Marchionam Aspasie Xenophontis, quæ quondam in Conventu eruditorum causa fuerit cum Socrate inductionibus disputare? Cuius obsecro Principis Viraginis ingenium uberius cultum græca, & latina eruditione fuit? Cuius animos in studijs magis æstuavit? Quis tam occultos eruditionis thesauros ex Belgis unquam in Hispaniam reportavit, quam cum hæc, defuncto priore viro Nasao, ad suos revertit? Pugnabit cum Diotima Platonica Isabella Ioiensis nobilis femina Barcinonensis optimarum litterarum studio, & vigilantis ingenij fertilitate, tum vita, & moribus Paulæ

Romanæ persimilis. Quid referam clarissimam fœminam Angelam Zapatam, quæ cum angelica mente donata esset, doctissimi viri Ludovici vivis civis sui, amplum, & magnificentum testimonium de ingenio pariter, & doctrina tulit? Quid Sigæam Toletanam, quam propter litteras Latinas, Græcas, & Hebraicas, Serenissima Lusitaniæ Regina intra aulam suam incredibili admiratione excepit, & in illustrium fœminarum classem, quibus ipsa privatim, & honestissime uteretur, statim referri voluit? Quid Annam de Osorio Burgensem, & maiorum imaginibus nobilem, & Divinæ Theologiæ studio celebrem? Quid complures alias, quas ego partim de facie novi, partim Alexius Venegius prope infinitæ, & stupendæ lectionis

vir, qui, & subtilitate ingenij, & disciplinarum varietate, & morum honestate, & elegantia nulli est postponendus, magna cum voluptate mea mihi narravit? E quarum specioso, conspicuoque grege unius mulieris latini versus sacris sæpè, & publicis certaminibus primam Hispali, & Compluti lauream iudicum sententia meruerunt? Quam velim significare, nemo non Complutensis intelligit. Nam hæc fuit illa Catherina Pacensis, quæ non dum expleto ætatis anno vicesimo septimo, in ipso vitæ flore Caracæ, qua nunc Guadalajara, acerba, & immatura morte è vivis proxima ætate erepta, insanabilem attulit missis dolorem. Heu, quæ ingenij vena illo die ad summam gloriam eloquentiæ florescens exarvit? Quos poesis  
 fon-

fontes subito fortuna prostravit? Quæ non litteræ politiores cum illa mortuæ, & sepultæ fuerunt? Verum profecto illud est, quod à Fabio Quintiliano dicitur, celerius occidere festinatam maturitatem, & esse nescio quam, quæ spes tantas decerpat, invidiam, ne videlicet ultra quam homini datum est, nostrâ provehantur. Laudet Cicero quantum velit Corneliam matrem Graccorum, miteretur attonitus Lelias, Mutias, & Licinias, proferat Lucanus suam Polam argentariam, nunquam tibi Catharina Pacensis tam erit Complutum ingrata, ut non cum illis te comparate audeat. Sed modus iam sit destinato operi, quamquam memoriam æqualem, & maxime notam, & fortasse necessariam quorundam incurrebam: tamen modestissimi

3 *razones para no hablar de los presentes*

136

*De Afferenda Hisp.*

mum esse putavi, de præsentibus, & quibuscum viverem, sine odio, & invidia tacere: vel quod in Bruto Marcus Tullius de omnibus ætatis suæ autoribus, exceptis Cæsare, & Marcello, altum silentium egerit: vel quod hunc imitatus vir acutissimis, & singularis prudentiæ Quintilianus: paucis sui temporis eruditis nominatis: totam iudicij invidiam sapienter effugerit: <sup>32</sup> vel ut habeant postremo, qui post nos de vitis Hispaniæ doctis conscribent, magnam eos, qui nunc vigent, materia vere laudandi. Consulto equidem ex veteribus nonnullos prætermisi: quos quidem iactatione populari, & ut nobis quidam blandirentur, Hispanos fuisse memorant. In his est Trogus Pompeius (ut nihil de Imperatoribus Antoninis, & cæteris dicam)

*Paseo  
no alto  
de pte  
no son  
deleido  
de marte  
de pte de la raxa*

cam) quem Episcopus Gerundensis, historicus magis doctus, quam ornatus, inter nostros ambitiose connumerat. Ego verò (ut quod est apud Iustinum verissime referam) Trogi maiores volscos fuisse invenio, cuius avus Trogi Pompeius fertoriano bello, quod gestum fuit in Hispania, civitate donatus à Gnæo Pompeio memoratur. Unde hunc errorem Episcopi Gerundensis, in quem Lucius quoque Marineus incidit, certissima coniectura extitisse arbitror. At pater Trogi Caij Cæsaris fuit ab epistolis, qui legationum, & curam etiam anuli, propter eloquentiam, & vim ingenij habuisse fertur. Quare desinane posthac importunissimi conviciatores doctissimis Hispanis maledicere, quum neque artium liberalium antiquitate:

*Resuscitatione y antigüidade*

neque doctorum copia, neque ingenio, neque industria, neque Religione, au Priores extitisse alios, aut post graecos, & latinos praestantiores inveniamus. Illud tamen inficiari, neque debeo, neque iure possum, plerisque eorum ad maiorem ingenij, & eruditionis famam potuisse pervenire, nisi maluissent exercere, quantum haberent, quam consequi quantum possent. Disciplinas tamen modice vitiatas, esse, taceri non licet. Quoniam, & Sophistae permulti, & medici ex doctrina arabum infantissimi, & ex iure civili Accursiani, & Theologi nonnulli ex veteratoria illa differendi ratione parum splendidi, qui mori omnino cum sua barbarie iam debuissent, adhuc multis in Hispaniae locis vivunt. Sed quum his, qui inquinat

te loquuntur, nullus iam in ludis literarijs locus sit, nullus inter eruditos honor, nulla vulgi admiratio, neque præmium ullum deflorescentis, & putridæ doctrinæ, non equidem dubito, quin quod est huius calamitatis residuum, brevissimo tempore sit expurgandum. Siquidem dialectici repudiatis barbarorum nugis, in uno Principe Aristotele, & veterum autorum commentarijs libenter conquiescunt. Medici præter litteras græcas, & latinas, & Hippocratis, Galenique doctrinam, quam mirifice complectuntur, Astrologiæ etiam studio, quam plurimum temporis suppeditabunt, ut nulla illis boni, perfectique medici laus desit. Id enim frequenter requiro in nostris medicis, optarimque hoc uno aliquando expleri gaudio, & propter

ter

Reason  
disReason  
de elleAqui  
re  
consequitur  
et alij




ter reliquorum hominum salutem, & crebro ingruentes meos morbos, ut Astronomica ratione componerent, & accommodarent medicinas. Nam quantum conferat curandis, ac pellendis hominum morbis, producendæque in ævum cæctorum animantium vitæ, cœlesti aliquo adminiculo fieri medicamenta, noverunt sanè Pythagoras ille Samius, Democritus Abderites, Apollonius Theanæus, Marsilius ficinus, & Arabes quam plurimi, qui sibi, & alijs per multis longissimam vitam cœlitus compararunt. Itaque inferiorum naturas, & cœlestium vires, & horum sympathiam, qui aut aliquando didicerunt, aut diuturno studio fuerunt perscrutati, & curandi laudem, & doctrinæ Palmam, & magni, perfectique medici cognomen sem-

semper reportarunt. Iure consulti autem melioris frugis spem mihi pollicentur, quod videam eorum plerisque, ut iuris, ita æquitatis consultissimos esse. Theologis postremo nihil habet Hispania hoc tempore eruditius, nihil præclarius, nihil divinius, si paucos è medio tollas minutos, & perversos, quos olim Soborna dum peregre exularet eloquentia, divis ipsis, ac hominibus infestos tulit. Nec est, quod timeamus semel restitutam theologiam theologastrorum vitio iterum perditum iri, dum longe omnibus fortunata Academia nostra duos in omni doctrinarum genere Principes viros Andream de Cuesta, & Manrium Monachum Dominicanum absolutæ virtutis magistros, & veræ, germanæque theologiæ selectissimos profes-

ses-

*Montale de Theologia con*

fessores complexa fuerit. De quorum  
ingenijs , & optimarum artium stu-  
dijs , quæ cum summa utilitate Rei-  
publicæ litterariæ erudiendis complu-  
ti iam annos circiter decem theologiæ  
candidatis fœliciter quidem , glorio-  
seque exercuerunt , nihil nunc sta-  
tuam , tam præclarum , divinum-  
que iudicium , debitumque  
testimonium posteritati  
relinquens.



QUID

**QUID SIT RHETORICA,**  
& de eius cum dialectica  
conveniencia.

**CAPUT I.**

**R**HETORICA est scien-  
tia benedicendi, quæ  
naturæ ipsi, aqua pri-  
mum eloquentia nata  
esse dicitur, ratione  
præceptorum moderatur, dum fusas  
illas, & vagas sententias, quasvis in-  
genij, ubertasque naturæ fundunt,  
recta intelligentia, & definita mode-  
ratione animi gubernat, limat, & cor-  
rigit. Ut enim instinctum natura dedit,  
ita incrementum exercitatio attulit, &  
summam denique ars ipsa imposuit.  
Res enim omnium est difficillima, non  
ars quidem solum, quæ paucis est as-  
tric.

tricta præceptis, sed illa potius, quæ ex arte ab omnibus petitur eloquentia. Quibus enim ex quinque rebus constare dicitur, earum una quæque est ipsa magna per sese. Quare quinque artium concursus maximarum quantam vim, quantamque difficultatem habeat, existimari potest. Illud porro artem esse declarat, & utilem etiam, & virtutem, quod hoc ipso à dialectica tantum differre Zeno pronuntiaverit, quod est inter manum mox clausam, mox apertam. Quò circa Marcus Tullius cum in alijs rebus, tum studiosissime cum Diodoro Philosopho ( ut ipse refert ) in dialectica exercebatur, que quasi contracta eloquentia putanda est, sine qua Brutus iudicabat, se illam iustam eloquentiam ( quam Dialecticam vocamus dilatatam )

tam ) consequi non posse. Videant  
nunc igitur , qui volunt fieri elo-  
quentes , quantum momenti situm  
sit in vera , germanaque Dialectica  
ad comparandam eloquentiam , quam  
quidem si à garrula ista , & spinosa,  
cuius tota etiam apud Complutenses  
iam gratia exulcerata est , non mente,  
reque prorsus dividunt , tantum abest,  
ut oratores hoc adiumento futuri  
sint , ut in duros profecto atque horri-  
dos oratores , aut rabulas aliquos de fo-  
ro clamorosos , se evasuros ex me sciant.

## DE ORATORIS OFFICIO,

*& eius fine.*

### CAPUT II.

**O**RATORI omnis ex officio  
proposita est quæstio , de qua  
ornate , & copiose disserat , qui si om-

nes eloquentiæ numeros implevit, aut talis nunc à nobis fingitur, qualis à Cicerone animo concipitur, dum nihil mortale, & caducum putat, sed illud ipsum, cuius qui sit compos, sit eloquens, quod nihil est aliud, quam eloquentia ipsa, quam nullis nisi mentis oculis videre possumus, is inquam, talis, & tam divinus orator, qualis post genus hominum natum, nullus extitit, omnem rem subiectam habet ad discernendum, ex qua humilia subtiliter, & magna graviter, & mediocria temperate potest dicere, cum sit omnium rerum magnarum, atque arrium scientiam consecutus. Verum civilis oratoris munus, quales multi studio eloquentiæ floruerunt Athenis, & plures excellere Romæ, quos ætas Ciceronis præstantissimos effu-

effudit, in tam ampla non versatur arena. Huic sane mores, & leges civitatis dabimus, & si Christianum etiam oratorem à nobis finiri velis: post eam Philosophiæ partem, quæ ad mores pertinet, Theologiam illius officio addendam quoque putamus. Mihi vero ut hæc placeant maxime, tamen Marci Crassi sententia apud Ciceronem primo libro de Oratore ad Q. Fratrem, summa semper laude excepta fuit, qui ita oratoris Officium coercuit, ut cum multa ignorari ab eo permitat, illud tamen iure exigit, quibus nimirum de rebus ei dicendum sit, cum cognoverit ab his, qui tenent, quæ sint iniquam re, multo melius, quam ipsos illos, quorum eæ sunt artes, hunc esse dicturum. Ita si de re mi-



litari dicendum huic erit oratori, quaeretur vel ab Antonio Leiva, vel magno illo Hispaniæ duce Gonzalo Erede-  
nando, & cum acceperit, ita pronun-  
tiabit, ut ipsis melius, quam ipsi si-  
bi, scire videatur. Itaque proprium  
erit oratoris, oratio gravis, & orna-  
ta, & hominum sensibus, ac menti-  
bus accomodata, qua una in re ex-  
cellat eos, qui res dicturo etiam sug-  
gerunt. Officium cum materia pene  
confundimus, quod si unum ab al-  
tero secerni placet, officium dicemus  
eius facultatis esse, dicere apposite  
ad persuasionem: materiam vero ar-  
tis nominamus, quibus in rebus ver-  
satur ars, & facultas oratoria. Hanc  
quidem tam immensam, fusam, va-  
gam, & sine modo patentem, tri-  
bus generibus Aristoteles, & duo elo-  
quens

quentiæ Romanæ lumina; Cicero, & Quintilianus complexi sunt, in quibus oratoris officium exerceretur. Officium sequitur protinus finis oratoris, quem duplicem esse video, unum, quem orator perat, qui est dictione persuadere, alterum, quem præstare debeat, qui est bene dicere ad persuadendum. Ut si persuadere minime contingat, modo bene, & apposite dixerit, non propterea, non obivit oratoris munus.

Ut enim medicus sanitatem polliceri non potest, neque peritus gubernator navis prosperam in portum usque navigationem, quod hæ res partim aliorum in voluntate positæ sint, partim casu, & eventu gubernetur. Ita sane cum nihil magis sit varium, minusque constans, quam

sensus, voluntasque hominum, nihil habeo, quod accusem ego illum oratorem, qui cum optime se comparaverit ad dicendum, non tamen persuasit. At qui fecit quoad eius fieri potuit, ut repugnantes ad se ornate dicendo pertraheret, quod si non successit, nulla quidem in culpa est.

### QUOD ORATIO ARTIFITIOSA

*similis sit animanti, & de oratoris officio circa singulas eius partes.*

### CAPUT III.

**O**Mnis oratio quæ arte componitur similis mihi videtur esse animanti bene a natura constituto quod non ossa modo, & nervos, car-  
nem

nem etiam, & cutem, sed animam quoque ac motum habeat. Nam inventio, quæ res suppeditat, hoc est in oratione, quod ossa in corpore animantis, quæ nisi solida sit, cætera omnia collabuntur. Dispositio sive Ordo, hoc est in oratione, quod nervi in corpore animantis, partes orationis apte inter se connectens. Si quidem ordo non solum reddit orationem concinnam, sed adiuvat etiam docilitatem auditorum, ac discantis memoriam. Præterea Elocutio, quæ verba, & figuras ad rem appositas suggerit, hoc est in oratione, quod caro, & cutis in corpore, decenter convestiens ossa, & nervos. Memorix autem respondet spiritus, id est vita, quæ nisi adsit, dilabuntur omnia. Pronuntiatio denique velut

actus est, ac motus animantis, quæ  
 nisi accedat, minimum aberit ab sta-  
 tua animal. Actus itaque, & motus  
 quasi vitæ vita est. Nam oratio quæ  
 sine voce, & gestu pronuntiatur, se-  
 mimortua est. Porro autem compe-  
 tit hoc simile non toti orationi mo-  
 do, sed singulis etiam eius partibus.  
 Si quidem Exordium, Narratio, Par-  
 titio, Confirmatio, Confutatio, &  
 Epilogus, quæ propriæ germanæque  
 orationis partes sunt, perfecta mem-  
 bra debent esse, ut absolutam, itidem  
 orationem constituent. Quæ sit, ut  
 quævis harum partium totum orato-  
 ris officium dedideret, circa quas la-  
 re se fundit oratoris munus, quod his  
 quinque decantatissimis partibus, in-  
 ventione, dispositione, elocutione  
 memoria, pronuntiatione constat.

*QUID*


**QUID SIT GENUS DEMONS-**  
*tratiuum, & quid eius*  
*finis.*

#### CAPUT IV.

**D**Emonstratiuum genus continet  
laudem, & vituperationem,  
& est verum genus causæ, siue cau-  
sam finias in qua sit controversia, ut  
Cicero finit in partitionibus, siue ne-  
gotium omnibus suis partibus, & cir-  
cunstantijs adquæstionem civilem per-  
tinens. Nam quod in foro facit ad-  
versarius, id in concione præstat ta-  
cita dissentientis cogitatio. Nihil est  
enim tam undique laudabile, quod  
iure vel iniuria vituperari non queat,  
ea demum est conditio rerum huma-

na-

narum, ut quo celsiori fastigio collo-  
 cata fuerint, eo pateant magis male-  
 volorum invidiæ, & calumniæ. Qua-  
 re non sunt audiendi Trapezontius,  
 & Gerardus, qui levibus sane ratio-  
 nibus persuasi à generibus causarum  
 demonstratiuum genus submove-  
 runt. Præterea huius generis finis est  
 honestum, & inhonestum. Verum  
 oratoris est honesta laudare, & vi-  
 tuperare quæ sunt inhonesta, at-  
 que in his iudicem delec-  
 tare.



QUAM

QUAM LATE PATEAT GENUS  
demonstratiuum, & quam varia sit  
laudandi ratio.

## CAPUT V.

**D**Emonstratiuum genus tam late  
patet, ut non poetæ modo  
parvis laudationibus lasciviant, sed  
oratori etiam sit concessum minima  
quæque laudare. Nam (ut refert Fa-  
bius) singulos cibos medici non nul-  
li laudarunt, & somni æditæ sunt  
laudes. Quin quæ per se etiam turpia,  
& inhonesta sunt, aut exercendæ elo-  
quentiæ, aut ostentandi ingenij gra-  
tia, non ita pauci oratores magnis  
laudibus provexerunt. Sic muscam  
Lucianus, Phavorinus quartanam fe-  
brim.



brim. Erasmus nuper moriam, & Petrus melsia vir variæ, reconditæque doctrinæ, certissimum nostri seculi ornamentum, & decus copiose, & ornate asinum commendavit. Sed sint oportet certa, atque explorata, quæ in laudem vocantur, cætera autem parum refert, præterita sint, aut instantia, aut corporalia, aut spiritualia, aut prædita ratione, aut sensus iudicijque expertia, modo illa sermone explicari possint. Laudationi enim, & contra subiecta sunt omnia. Nihilque est humanarum, divinarumque rerum quod vel ex officio laudatium genus non exercent, vel amplitudine sua non complectatur. Est autem varia laudationis ratio. Nam aut personas laudamus, aut facta, aut res, quæ quidem par-


titio

titio sane quam necessaria est oratori.  
Hinc ortum est, ut triplex sit genus  
demonstratiuum, unum quidem per-  
sonarum alterum vero factorum, ter-  
tium postremo rerum, singula habent  
locos maxime inter se differentes, de  
quibus postea dicemus. Nunc vero  
reliquum est ut pauca de statu brevi-  
ter contingamus.

*QUOD STATUS SIT IN OMNI  
oratione necessarius, & quomodo dedu-  
ci possit quando questio unius est  
tantum partis.*

## CAPUT VI.

**C**Ognito exploratoque genere,  
in quo dicturum versari op-  
porteat, quæ prima oratoris cura esse  
debet proximum est, ut accurate sta-  
tum



tum inveniat , qui sit totius argu-  
menti caput , ut oratio sibi constet,  
neve extra rem quid dicatur , quod  
inconsideratis sæpè cum auditorum  
risu accidisse legimus. Est igitur præ-  
figendus scopus , in quem iaculetur,  
secus enim puerile est ( ut inquit Per-  
sius ) corvos sequi testaque, lutoque.  
Sed ne quem fallat varia huius nomi-  
nis appellatio , est cum primis con-  
siderandum , hoc ipsum quod status  
à non nullis appellatur , nunc ab alijs  
constitutionem , nunc Hypothesim,  
nunc controversiam , nunc quæstio-  
nem, nunc conclusionem, nunc The-  
ma nomine quidem vario , sed sensu  
dici eodem. Quod si quicquam in-  
ter se distant, quantulum hoc quidem  
est ? Unum igitur horum finiamus  
oportet. Sed ita , ut omnia compræ-  
hendi,

hendi, & quodvis finiri intelligamus. Status itaque qui, & quaestio finita, & hypothesis, & Thema appellatur, est oratio notata locis, temporibus, personis, in eaque controversia vertitur, & cum interrogatione effertur. Huius generis sunt hæc. An laudandus sit Carolus Cæsar Imperator invictissimus, propter res ab eo domi, militiaeque præclare gestas, quod Turcam scilicet ab Ungariæ finibus fortiter propulsaverit, Tunetum vi cepert: immanens illos hostes, acerrimosque Christianæ Religionis oppugnatores fregerit, Romanique Ponti Imperio multum, diuque repugnantes parere fecerit. An Imperator Carolus, invictissimus comparare debeat exercitum in tyrannum illum Barbarossam, dum Hispani civilibus se-

seditionibus tumultuantur, & galli  
Mediolanum capere moliuntur. Licet  
etiam per comparationem statum sic  
constituere. Utrum melius sit eru-  
diri pueros domi, an in scholis? Utrum  
potior vita sit, militaris an Philoso-  
phica? Ad hunc fere modum status  
proponuntur, qui in hanc vel illam  
partem detorqueri queunt. Quod  
quidem propositionibus vel affirmati-  
vis, vel secus, sic fieri oportet. Lau-  
dandus est Cæsar propter res ab eo  
domi, militiæ quæ præclare gestas. Et  
quæ nos præterea adiecimus, exposi-  
tionis causa. Hæc propositio sic cons-  
tituta, mox suis locis confirmatur.  
Rursum non est indicendum bellum  
tyranno, & Archipiratæ Barbarossæ,  
dum Hispania civilibus armis tota  
dissidet, fatalique malo tumultuatur.

Hæc

Hæc item propositio summam totius rei exponit, ex ipsoque deductam statu rationibus protinus, & argumentis firmari necesse est. Hic locus paulo plenius, & cumulatius, quo res ipsa qua de agitur pateat latius, à nobis est differendus. Paucis itaque dicamus, qua ratione in omni sive oratione sive epistola, quæ nullam controversiam habere videtur, status deduci possit. Quanquam nos, in omni actione controversiam, & studia partium viros in omni disciplinarum genere præcellentes secuti, paulo ante statuerimus. Igitur in omni negotio, aut causa, in qua non ita aperta, & conspicua est controversia, trium harum rerum consideratione, personarum, rei, & conatus, expeditissimè inveniri potest status. Primum consideramus per-

L

sonas,

sones, inter quas agitur, sint inter se  
ullo, aut cognationis, aut affinita-  
tis, aut familiaritatis, aut amoris, &  
benevolentiae vinculo coniunctae, &  
reliquas praeterea expendimus cir-  
cunstancias quae solent alienare, aut  
conciliare nobis quascunque perso-  
nas. Deinde res consideranda est, quae  
evenit, aut futura est, cuius gratia  
dicere statuimus, ut est in consolatio-  
ne amici alicuius boni iactura, & in  
gratiarum actione beneficium colla-  
tum, in gratulatione prosperus rerum  
successus. Postremo conatus, quo ob  
hanc vel illam rem, volumus aliquid  
conficere. Ut in consolatione vide-  
mus quempiam desideratae rei iactu-  
ra dolere. Haec quidem res est, Per-  
sonae deinde sunt. Hic nobis, nos  
huic amici, quo fit ut offendamur


eorum dolore, Conatus ergo sequitur, quo damus operam, ne hic doleat, atque id dicendo consequi laboramus. Unum, aut alterum subjiciam exemplum, ex antiquis decerptum authoribus. In oratione illa ampla, & magnifica pro M. Marcello, qua Cicero gratias agit Cæsari, pro restituto suis, & Reip. Marcello, qua in oratione una nec controversiam videmus, nec ulla vel studia partium, vel repugnantium contentionem, status est quidem inqualitate, An Cæsar laudandus sit de restituto. M. Marcello. Mihi quidem hac una via in Papinij statij silvis status ducebantur, quum illas hoc anno prælegerem. Nam quamvis subito calore, & festinanter effusæ fuerint à divino Poeta, ut rara etiam reconditaque eru-



ditione plenæ sunt omnes, ita perfecta, consumataque arte non carent. Una nobis de statua equi maximi Domitiani Cæsaris proponatur, quæ etiam in Bachante, & divino afluente furiente homine status, de quo discrimis, fidem faciat. Populus Ro. summo omnium consensu, incredibilique gratulatione equestrem statuam in medio foro Romano Domitiano indulgentissimo Imperatori erexit, post partam victoriam de Dacis, & Carris, hanc Papinius Statius alta, sublimique mente, ædita silva, celebravit. Huius quantum ego ex arte duco, status fuit. An laudanda esset equestris statua Domitiani Cæsaris quæ singulari civium Romanorum studio publice statuta est, ut publicam de Victoria Cæsaris, duobusque trium-

triumphis actis gratulationem testa-  
retur. In reliquis hoc pacto themata  
ducemus, quæ ut à nobis præceptum  
est, in omni primum oratione qua-  
renda sunt. Secus enim monstrum  
illud Horatianum sapissime conficie-  
mus, quod quum virgineum, mire-  
que formosum haberet caput, turpi-  
ter tamen in deformem piscem desi-  
vit. Quare dicturi iuvenes, etiam at-  
que etiam à nobis monendi sunt, ut  
principem aliquam propositionem,  
quo referantur omnia, vel confin-  
gant in primis, vel certam inveniant,  
ne soluta, & incerta vagentur

oratio.



DE EXORDIO, ET UNDE  
ducatur.

CAPUT VII.

**E**Xordium est velut ipsius orationis satelles, & antecambulo, qui viam ad ipsam causam sternit, & ad ea munia obeunda præmittitur quæ tum maxime prestat, quum ipsos, apud quos dicimus, nobis benevolos, dociles, attentosque reddit. Sed ut hæc commode perfici queant, explicandi sunt exordiorum loci. Sit itaque hoc, & semel, & in univ-  
sum præceptum, exordia in hoc genere liberiora esse, quæ una sane res facit, ut certi præscribi non possint. Verum quos frequentiores, & orato-  
ribus

ribus usurpatos magis, legendo consequi potuimus, (crassiore quod aiunt Minerva) atque explanatius hic exarabimus. Primum ab historia: modo insignis illa sit, nec inamæna, exordiendi rationem sumere licebit. Sic enim, M. Tullius secundum librum de Inventione Rethorica exorsus est, cognitu iocundam, ac festivam historiam prænarrans de pictore Zeuxide, quam mox eleganter applicat ad suum negotium. Crotoniatæ quondam (inquit) cum florent omnibus copijs, & in Italia cum primis beati numerarentur, Templum Iunonis, quod religiosissime colebant, egregijs picturis locupletare voluerunt. Itaque Eracleotem Zeuxim qui tum longe cæteris excellere pictoribus existimabatur, magno prætio conduc-

rum adhibuerunt. Reliqua omittimus  
brevitati consulentes. Deinde à fabu-  
la rite aliquando exordiemur, quam  
principij rationem, ut multos alios  
eloquentiæ Principes, ita ex eorum  
numero unum Angelum Politianum  
in sua Lamia secutum video, hanc  
falsè, doctèque interpretans, ad rem  
accomodavit, Fabulari (inquit) pau-  
lispet libet, sed ex re (ut Flaccus ait)  
nam fabulæ etiam quæ aniles putan-  
tur, non rudimentum modo sed,  
& instrumentum quandoque Philo-  
sophiæ sunt. Audistis ne unquam La-  
miæ nomen? Ab Apologo etiam ex-  
ordium comparabimus, quod idem  
Politianus in peælestionem Persij fe-  
cit, nam ab Æsopi Apologo de dua-  
bus manticis sic principium dedit,  
Æpiscopi illius Phrygis notissimi fa-  
bu-

bulatoris, atque in numero sapientium viro-  
rum merito habiti, lep-  
tissimus inter primos Apologus cæ-  
lebratur, in quo tradit hominem  
duas manticas habere, unam ante  
pectus, alteram à scapulis, tergoque  
propendentem, sed in priorem inquit  
aliena vitia immittimus, ideo, & vi-  
demus facile, in posteriorem nostra,  
quæ abscondimus, & videre negligi-  
mus. A simili etiam initium sumemus,  
cuius sane rei exemplum, vel Erasmi  
copiæ principium esse poterit, ubi  
exuberanti, lateque disfluente fluvio  
similem esse dixit orationem, rerum,  
verborumque copia divitem. Rur-  
sum à proverbio exordium ducitur,  
ut apud Budeum libro de studio rec-  
te constituendo legimus. Honos alit  
artes, tritum usu vetustatis, & con-  
sue-

suetudines proverbium. Et nos hanc exor diendi viam nuper ingressi sumus, dum publicis scholis eloquentiam exerceremus, quod quantum recordari possumus, hoc modo comparavimus, vetus proverbium est, à maioribus usurpatum, & usu consuetudinis pervulgatum omnibus, Romanus sedendo vincit. A sententia quoque unde Sallustius videtur exorsus historiam suam. Omnes, inquit, homines qui se student præstare cæteris animantibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant, veluti pecora quæ natura prona, & ventri obedientia finxit. A re præfenti, & cum summa oratoris laude, & auditorum admiratione initur oratio, cuiusmodi est Aiacis apud Ovidium, cum enim causa ageretur eo  
loco

loco unde in prospectu erat classis  
Græcorum, quam Ajax sua virtute  
servarat ab incendio, hinc arripuit  
proæmium, agimus proh Iupiter an-  
terates causam, & mecum confertur  
Ulisses? Sunt apud Livium nonnulla  
principia huius generis: ut in quarta  
Decade libro nono: & tertia libro oc-  
tavo. Huiusmodi enim exordia, quæ  
res ipsa præsens, vel casu aliquo, vel  
ratione, & consilio oblata suppeditat,  
cum omnium sint meo iudicio pul-  
cherrima, ita etiam oratori ipsi ad-  
mirationem excitant ingentem. Iam  
vero à pompa publica, interdum ab  
affectu aliquo, à querela, vel gratu-  
latione exordia capiuntur, ut in Epi-  
thalamijs, & epicedijs apparet, in Pa-  
pinij filvis extant aliquot exempla,  
quæ non ipsis Poetis modo, sed ora-  
tori-



toribus sunt etiam ad imitationem  
proposita. Sed ut adolescentum stu-  
dia, quantum possumus, industria  
iuvenus, unum aut alterum, subij-  
ciemus exemplum. In primis epitha-  
lamium Stellæ, & Violantillæ ab ap-  
paratu, & publica gratulatione in-  
choatum est, dum divinus Poeta  
Apollinis depingit ornatum, & mu-  
sarum profectioem in Urbem Ro-  
mam: relicto Helicone cum suis ne-  
moribus, & fontibus, iugales feren-  
tium tædas. Tum septem urbis mon-  
tes, sacris personare carminibus, quæ,  
fides pulsante Appolline, saltantes  
deæ divina mente fundebant, ut sui  
alumni Stellæ, qui vates erat, cum  
Violantilla nobili egregiaque scæmina  
nuptias cælebantis, hymnis, & cho-  
reis de more veteri, institutoque ma-

iorum, quemadmodum Plato scriptum reliquit, prosequerentur. Expendite nunc exordium Poetæ: quod libuit etiam hic transcribere.

*Unde sacro Latij sonuerunt carmine mon-  
Cui pæam nova plectra mores? humeroque  
commati*

*Facundum suspendis ebur? proculece ca-  
Demigrant Heliconæ Deæ quatiuntque  
novena,*

*Lampade solemnem thalamis coeuntibus  
Et de Pierijs vocalem fontibus undam.*

A gratulatione rursus soteriam pro Rutilio Gallico est auspicatus, quod gravi deploratoque iam morbo liberatus esset, huius est Sylve initium.

*Estis io superi, nec in exorabile cloto  
 Voluit opus, vidit alma pios astra: Iovi-  
 que* (nit  
*Conciliata cadit, dubitataque sydera cer-  
 Gallicus. Es Cælo, dis es Germanice cordi  
 Quis neget? erubuit tanto spoliare minis-  
 Imperium fortuna tuum.* (tro

**S**UNT præterea unde auspicato  
 orationem aggrediamur, Nam  
 & à meritis nostris causam iniri licet.  
 Unde Cicero suam est ad Quirites ora-  
 tionem exorsus, antequam iret in exi-  
 lium. Si quando (inquit) inimico-  
 rum impetum propulsare ac propel-  
 lere cupistis, defendite nunc universi  
 unum, qui, ne omnes concideretis,  
 ardoreque flammæ conflagraretis, mei  
 capitis periculo non dubitavi provi-  
 dere. Ab officio, unde pro Archia  
 Poe-

Poëta. Ut liquid est in me ingenij  
Iudices, quod sentio quam sit exi-  
guum, aut si qua exercitatio dicendi,  
inqua non inficior medioeriter esse  
versatum, aut si huiusce rei ratio ali-  
qua ab optimarum artium studijs, &  
disciplina profecta, aqua ego nullum  
confiteor ætatis meæ tempus abhor-  
ruisse, earum rerum omnium vel in  
primis hic A. Licinius fructum repe-  
tere à me prope suo iure debet. A  
tempore, unde pro M. Cælio, nec  
gravabor subiectis exemplis maiorem  
lucem afferre, sic enim habet. Si quis  
Iudices forte nunc adsit ignarus le-  
gum, iudiciorum, consuetudinis  
nostræ, miretur profecto, quæ sit  
tanta atrocitas huiusce causæ, quæ  
diebus festis, ludisque publicis, om-  
nibus negotijs forensibus intermissis,

unum



unum hoc iudicium exerceatur. Nec dubito quin tanti facinoris reus arguatur, ut eo neglecto, civitas stare non possit. A loco, unde pars exordij pro Deiorato. Nam post Remp. (inquit) moveor etiam loci ipsius insolentia, quæ tantam causam, quantum nulla unquam indisceptione versata est, dico intra domesticos parietes, dico extra conventum, & eam frequentiam, in qua oratorum studia niti solent. Ad extremum itaque quot sunt negotiorum, personarumque circumstantiæ, totidem etiam possunt exordia fieri. Circumstantiæ autem quavis in rem novæ subinde suboriuntur, ut præceptis comprehendere nequeant. Satis fuerit indicasse capita, & fontes unde ducantur verum neminem in eo aberrare patiar, ut hæc

præ-

præcepta in demonstrativi : & non aliorum etiam genus competere putet, cum omnibus sint communia generibus. Reliquos exordiorum locos in deliberativo genere pertractabimus.

**QUANDO UTENDUM**  
*exordio in demonstrativis*  
*orationibus.*

**CAPUT VIII.**

**A**ristoteles quatuor exordiendi causas in demonstrativo genere statuit: vel cum dicentis persona requirit, vel adversariorum calumniæ cogunt, vel cum non tanta res ipsa creditur ab eo, qui audit, quantum videri cupit orator, vel denique

ornatus causa, ne aditus ipse orationis parum honestus esse videatur. Sed de his latius, & fusius in deliberativo dicemus.

**DE MODO COMPONENDI  
exordium.**

**CAPUT IX.**

**O**Mne autem exordium duobus quantum intelligo modis componi potest, prior ex quatuor maxime propositionibus confici videtur, Expositione, Ratione, Redditi-  
one, Comprobatione. Expositio est oratio, quæ ex aliquo exordiorum loco desumpta, docilem, aut bene-  
volum, aut atentum auditorem facit. Ratio est oratio accomodata ex-

positioni, perquam id quod exposi-  
tum est: confirmatur. Redditio est  
brevis complexio, quæ expositione,  
& ratione conficitur, & totius rei aper-  
ta propositio. Comprobatio est red-  
ditionis causa, quæ quidem rem to-  
tam manifestius tangit. Hæ propo-  
sitiones quatuor ita debent disponi,  
ut alia aliam expectare videatur, quæ  
ubi in oratione coierint, nihil sit am-  
plius, quod desiderari queat. Exem-  
plo uno M. Tullij totam hanc for-  
mam, & exordiendi rationem expli-  
cabitur, quod in oratione pro M.  
Marcello divinitus est propositum,  
huius exordium est. Diurni silen-  
tij P.C. quo eram his temporibus usus,  
non timore aliquo, sed partim dolo-  
rem, partim verecundia finem ho-  
diernus dies attulit. Idemque initium,



quæ vellem , quæque sentirem meo  
pristino more dicendi. Hæc est expo-  
sitio , & si sensu multiplex. Infert  
deinde rationes , tantam enim man-  
suetudinem , tam inusitatam , inau-  
ditamque clementiam , tantum in  
summa potestate rerum omnium mo-  
dum , tam denique incredibilem sa-  
pientiam, ac pene divinam tacitus nul-  
lo modo præterire possum. M. enim  
Marcello vobis P. C. Reique publicæ  
reddito , non solum illius , sed etiam  
vocem meam , & auctoritatem vo-  
bis , & Reip. servatam , ac restitutam  
puto. Subdit sub hæc rationes , qui-  
bus verecundiam , & dolorem silen-  
tij causa fuisse ostendit. Dolebam  
enim P. C. vehementerque angebar,  
cum viderem virum talem , qui in  
eadem fuisset causa , qua ego , non

in eadem esse fortuna. Nec mihi persuadere poteram, nec fas esse ducebam: versarime investro veteri curriculo, illo æmulo, atque imitatore studiorum meorum, atque laborum, quasi quodam socio, à me atque comite distracto. Post hæc sequitur redditio, expositioni, & primæ rationi accomodatior, & totius causæ, qua de laudibus agatur Cæsaris, apertissima expositio. Ergo, & mihi, & meæ pristinæ vitæ consuetudinem. C. Cæsar interclusam à pervisti, & his omnibus ad bene de Rep. sperandum, quasi signum aliquod sustulisti. Comprobatio. Intellectum est mihi quidem in multis, & maxime in me ipso, & paulo ante in omnibus, cum M. Marcellum Senatui, Reique publici, concessisti, commemoratis præ-

fertim offensionibus, te auctoritatem huius ordinis, dignitatemque Reip. tuis vel doloribus, vel suspicionibus anteferre. Exordium profecto hoc est, & perfectum ingenio, & absolutum arte, dignum viro eloquentiæ Principe. Sed alter est modus, & posterior, cum initio ponitur aliqua sententia, tanquam exordij propositio, cui postea subijcitur ratio, quæ enthymema faciunt. Enthymema autem constat propositione, & ratione, in quo illud inspiciendum esse duco, probationi anteponi propositionem. Quod priori statuitur loco, hoc ipsum probat, quod consequitur, ut peperit, ergo cum viro concubuit, ubi cum viro concubuisse, probatur, quæ peperisse visa sit. Deinde sequitur alia probatio, aut amplificatio,

aut

aut aduersativa, ut quatuor quidem sententijs exordium contineri videatur. Pleraque Ciceronis exordia hac ratione constare video, in quorum numero, illud pro Archia Poeta iure reponi solet. Nam initio ponit propositionem. Si quid in dicendo possum, præcipue Archiam eloquentia mea tueri debeo. Deinde sequitur ratio propositionis. Quia Archias iuuit hæc mea studia, Mox conclusio Enthymematis. Si mea eloquentia alijs profui, quanto magis isti prodesse debeo, à quo excitata est. Hic inferitur aduersativa. Sed miretur aliquis, quomodo orator à Poeta adiuuari possit. Hanc quoque soluit uno enthymemate, quia artes inter se cognatæ sunt. Deinde petitione finit, ut se de causa dicentem audiant. Illud

postremo non est ignorandum propositioni interdum opponi statim aduersativam, interdum breues quasdam amplificationes inseri.

## DE INTERPOSITIS

*in oratione exordioli, & quæ præstare  
in exordio debeat  
orator.*

### CAPUT X.

**I**N tota rursus oratione quoties causa præbebit opportunitatem, exordiola quædam admiscebimus quibus favorem, attentionem, docilitatem renovemus: Hoc autem commodius fiet transitionibus, quod genus fuerit. Audistis largitione, corruptela, sanguine paratum honorem,

nunc

nunc ostendam illud: quod turpiter est adeptus, turpius administrasse. Item magna sunt hæc, sed levia præ his quæ nunc dicemus. Et nunc ad ipsum rei caput accedo, proinde quæso, ut hæc animis quam maxime attentis audiatis. Et altius paulo repetamus, sed ita verba sum facturus, ut neque sine fructu, neque sine voluptate, sitis audituri. Ad hunc modum possunt innumera fingi. Sed meminermus præterea, tria esse exordij munera, ut delectet, moveat, doceat, quæ non tantum in exordio præstari oportet, sed per totam etiam causam diligenter servari. Quin plenius in reliquis partibus quam in exordio curanda, providedaque sunt. Nam, & narratione latius, & confirmatione docemus, & vehementius, move-

mus

mus epilogo. Quo circa non tan hæc præstare, quam polliceri potius exordio videmur.

## DE NARRATIONE.

### CAPUT XI.

**N**arratio proxima est exordio. Hæc in demonstrativa oratione continens est, & perpetua, cuius vel ea virtus præcipua est, ut sit probabilis. Id autem tribus maxime rebus consequemur, si sit argumentosa, si consentanea rebus. Si per se consequens. Argumentosa est, quæ causas habet rerum, causas autem ut habeat, non satis est summas rerum exponere, sed singulis etiam partibus expositionis causas addere. Cuius modi

di est Synonis Vergiliani narratio: qua nescio, an ulla sit apud Ciceronem, vel præstantior arte, vel in re vera credibilior, quam hæc fuerit in mendacio. Nunquam quidem homo græculus Troianis fidem fecisset, nisi singulis etiam expositionis partibus causas mire consentaneas, & ordine consequentes subiecisset, cuius modi est.

*Sape fugam Danaï Troia cupiere relicta  
moliri.* & causam addit.

*Et longo fessi, discere bello. Et illud.  
Eripui fateor leto me, & vincula rupi.*

Hoc credibile facit subiecta causa, quæ omnes in eius perniciem Græci conspirassent. Cum subdit

*(timebat,  
Assensere omnes, & quæ sibi quisque  
Unius in miseri exitium conversa tulere.*

Ha-



Habuit quoque illud magnam veritatis speciem, ut narranti Synoni haberetur fides, quod oraculo moniti Græci, humana victima reversuri essent in patriam, cuius modi litatione Troiam venissent. In hanc vero sacrificij Religionem Synon omnium consensu vocaretur. Sic enim subiecit.

*Sanguine placastis ventos, & virgine  
cæsa.*

*Cum primum Iliacas Danai venistis ad  
oras:*

*Sanguinẽ querendi reditus, animaque  
litandum Argolica.*

Erit præterea consentanea rebus, si personis, locis, temporibus: rebus consentiant, Personis quidem, si quales sint, talia earum facta, dictaque fingantur. Nec enim eadem conveniunt

niunt Achili, Nestori, & Ulyssi  
verba, nec eadem facta erunt in his  
probabilia, sic, & alia foeminam, alia  
virum, alia doctum, alia rusticum,  
& imperitum, alia militem, alia Phi-  
losophum decebunt. Denique na-  
turæ, ac mori cuiusque narratio res-  
pondeat. Sic Catonem senem finge-  
mus liberum, submorosum, ac iur-  
gabundum, qualis à Livio cum ali-  
quo in locis, tum libro tertij belli  
Macedonici introducitur, foemina-  
rum cultum, & ornatum lautio-  
rem dissuadens. Quintum F. cunctato-  
rem, tacitum, & qui facile celare,  
dissimulare, insidiari, præripere hos-  
tium consilia visus sit. Annibalem ca-  
lidum, varium, perfidum, indefari-  
gabilem, omnis cunctationis impa-  
tientem, idem descripsit Livius. De

Græcis autem Socratem sanctum, constantem, dulcem, & facetum, festivumque sermonis, atque in omni oratione simulatorem divinus Plato in suis semper Dialogis introduxit, & huius postea exemplo depinxit Tullius, sic itaque digna persona expositio, quæ fidem impetrare cupit. Neque enim rectius probabilis, dignaque fide iudicabitur, quam si decorum servet in personis, in sermocinationibus, in Dialogis. Hic quidem profuerit omnium animantium, rerumque naturas perspectas habere, quæ ex Philosophorum aditis peti debent. Hominum vero ingenia probe explorabimus, cognoscemus quæ ex historicis, sed multo tamen exactius à veteribus Comicis. Consequens autem erit narratio, si ordine texatur, si prio-

prioribus sequentia non discrepent  
si sic exponantur priora, ut ex his ex-  
pectentur, quæ posterius dicuntur.  
Illa quoque addi video à magistris  
eloquentiæ, ut brevis, & dilucida sit.  
His ego adiungo: nihil oportere nar-  
rari, quod causæ noceat, cuius sum-  
mi criminis Cepasium oratorem. M.  
Tullius arguit in oratione pro A. Clu-  
entio, quem de Procemio alte petito  
etiam accusavit, Incipit, Inquit, lon-  
go, & alte petito procemio responde-  
re maior Cepasius. Et deinde, postea  
quam de re cœpit dicere, ad ea quæ  
erant in causa, addebat etiam ipse no-  
va quedam vulnera. Vulnera dixit

Cicero pro damno, &

detrimento.



DE

## DE LOCIS NARRATIONIS.

## CAPIT. XII.

**N**arrationis loci in demonstratione varij sunt. Alijs enim in laudationem personarum utimur, alijs in laudem factorum, ac rerum. Dicendum igitur primum est de his locis, quos in personarum laudationibus oratores usurpare solent, deinde ordine de alijs differemus. Personæ autem trifariam laudantur. Primum ordine narramus historiam, & rerum seriem in dicendo sequimur. Deinde præcipuas aliquot earum virtutes, nempe Iustitiæ, Prudentiæ, Fortitudinis, Temperantiæ, & quibus maxime comendabiles sunt. Postremo per comparationem : cum videlicet quem

quempiam componimus cum viris aliquot omnium consensu summis, ut si quis Carolum Cæsarem Imperatorem Romanorum laudaturus, compareret cum Alexandro Magno, cum Julio Cæsare, cum Traiano: ac decerpens, quod in singulis fuit eximius, ostendat Carolum Cæsarem, in omnibus fuisse parem, aut etiam superiorem. Sunt igitur loci personarum, qui ad primum laudandi modum spectant, Genus. Natio, Patria, Educatio, Institutio, Mores, Studia, Sodalitia, Conditio vitæ, Accidentia circa mortem, Genus enarrat statum, & conditionem. Avorum, Præavorum, Parentum, Cognatorum, Consanguineorum. Natio, mores, & ritus populi, Patria locum, seu situm: unde oriundi sumus. Magnam enim

N

vim

vim habent hi loci tres in omnes homines. Nam, & liberi parentes referunt moribus, & ingenio, vitæque institutis etiam sequuntur. Et à Cœlo Formatum est genus hominum, unde suam illam, quæque natio tam admirabilem oris, vultus, linguæque varietatem habet, tam multiformes figuras, & colores accipit, & quidquid est ingeniorum, morum consuetudinum, partim patria, partim natio, partim institutio, & educatio dedit. Sed audiamus virum illum eloquentissimum contra Asiaticos testes in oratione pro L. Flaco, ubi Asiaticorum hominum fidem, & Testimonium à patria, & natione, elevat Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia: Utrum igitur nostrum est, an vestrum hoc proverbium?

bium? Phrygem plagis solere esse meliorem? Quid de tota Caria? Nonne hoc vestra voce vulgatum est, si quid cum periculo experiri velis, in eare id potissimum: esse faciendum? Quid prorro in græco sermone tam tritum, atque celebratum est, quam si quis despiciatui ducitur, ut Myssorum ultimus esse dicatur? Nam quid ego dicam de Lydia? Quis unquam Græcus Comœdiam scripsit, in qua servus primarum partium non Lydus esset? Sed ecce rursus in eadem oratione summis evehit laudibus Athenienses, Lacædemonios, & Massilienses, à natione, & patria semper petita laude. Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur, De-



quorum urbis possessione propter pulchritudinem inter deos certamem fuisse, proditum est. Quæ vetustate tanta est, ut ipsa ex se suos cives genuisse dicatur. Et deorum eadem terra parens,ATRIX, patria dicatur, auctoritate tanta est, ut iam fractum ac debilitatum Græciæ nomen, huius urbis laude nitatur, tota hæc Athenarum laus in Athenienses singulari artificio refunditur. Cætera omittimus exempla, ne multis, quod sæpè in rebus etiam præclaris accidit, lectorem obruamus. Prorrog autem in Institutione, Educatione, Moribus, ac sodalitijs, considerantur nutrices, æquales, præceptores. Item quomodo quisque vixerit, & apud quos. Hinc Iustinus Historicus totum illum clarissimarum virtutum cumulum sibi

bi Philippum Regem comparasse putat, quæ à pueritia in domo Epaminundæ educatus fuisset. Et divus etiam Hieronimus de suis præceptoribus iure gloriatur. Quid quod illustri M. Tullij exemplo expressum hoc est eloquenter, & consignatum acute in oratione pro L. Murena, cum M. Catoni stoicum, & superciliosum præceptorem, disciplinaque plus equo severum obicit. Iam vero studia, & conditio vitæ, indicant artes liberales, & quæ eis cognatæ sunt, quas selluarias appellamus, veluti sunt gladiatoria, & testudinaria. Res gestæ explicant facinora sive foris, sive domi facta. In morte disputatur de constantia animi erga mortis dolores infracti, de pompis funebribus, de fama, quæ est secuta mortem, atque

adco



adeo de omnibus rebus , quæ circa mortem accidere solent. Hinc latissimus declamatoribus se offert campus laudandi Socratem , & Attilium Regulum. In his locis ceu divite quodam thesauro reconditæ sunt laudationis personarum opes , quas utroque versus usurpari licet , vel in laudem , vel in vituperationem. Nam genus , patria , educatio , & quæ his reliqua personis attribuuntur , ut alijs laudem ita quoque alijs vituperationem afferunt. Præterea secundo modo personas laudamus , cum relictâ totius vitæ historia , virtutes , quæ fuerunt in his præcipue , prædicamus , puta pudicitiam , tolerantiam , modestiam , liberalitatem. Nam in alijs aliæ clarius eluxerunt. Veluti in Socrate insignis fuit patientia , in Phocione sanc-

sanctitas, in Fabricio, & Curtio frugalitas, in Atthilio regulo tolerantia. Atque ad eundem modum de cæteris. Extant huius generis exempla non pauca apud Ciceronem, sed in illo ipso quod à nobis pro Marcello propositum est: comprobari, ostendique satis fuerit. Nam cum Cicero per locum communem egressus esset ad laudandum Cæsarem, hanc rationem secutus, Principem illum de humanitate, clementia, sapientia, & rerum gestarum gloria, ornate, & copiose commendavit, quem cum multis viris magnis comparasset, superiorem demum omnibus fuisse predicavit. Sed nulla in re magis excellas animi virtutes ostendisse (inquit) quam in restituto Senatui, Reique publ. M. Marcello, Porro tertius est laudandi mo-

idus per collationem, qui tam fuse la-  
teque patet, ut non personas modos  
sed facta etiam, & res complectatur.  
Nam cuius vis rei laus comparatione  
quidem crescit, si cum eiusdem ge-  
neris re componatur. Hanc laudandi  
formam video frequenter usurpari  
à Poetis, aut quia hoc genere lauda-  
tionis peculiariter sunt delectati, aut  
quod existimarint, ac delicias carmi-  
nis convenientius facere. Papinij Sta-  
tij Silvæ ad hanc propemodum ratio-  
nem fere omnes sunt compositæ. Una  
de equo maximo Domitiani Silva: ad  
id quod agimus, fuerit satis. Ubi  
equus maximus Domitiani Cæsaris  
primum confertur cum equo Troia-  
no, deinde cum Arione, & Cyllaro,  
mox cum equo Curtij, postremo cum  
Cæsaris dictatoris equo, qui similes  
homi-

hominis priores fertur habuisse pedes. Martialis etiam in laudando Cæsaris Amphitheatro hanc methodum secutus fuit. Nam cum Colosso Menphitico, & hortis pensilibus, & Templo Ephesino, & Hammonis ara elegantè comparavit, quibus multis deinde partibus anteposuit. Ad hunc etiam modum Horatius villam Tiburtinam laudibus est prosecutus. Laudabunt alij claram Rhodon, ait, aut Mytilenem. Quorum amœnitatem ubi miris extulisset modis: ostendit protinus, quanto his sit amœnior, & lætior villa Tiburtina. Hoc præterea ipsum oratoribus facere opere præteritum est, sed ita ut tota oratio comparationibus non constet. Nam præterquam quod invidiam dicenti facit, & crebra frequensque comparatio  
odiam

odium conflatur, nisi quædam etiam immiscuerimus, vel de bonis animi, vel de commodis corporis, facta quidem, & quæ vix sustineri possit, constituetur oratio. Inter commoda porro quæ homini attribuuntur, animi potissima sunt, atque inter hæc primas tenent, quæ consilio, & cogitatione nostra constat, Prudentia, Iusticia, Fortitudo, Modestia. Si quidem Docilitas, Celeritas ingenij. Solertia naturalis, atque id genus cætera, quæ dono quodam naturæ hominibus dantur, non tantam possidenti afferunt laudem. Quæ vero corporis sunt, medium locum habent, ut forma, bona valetudo, sagacitas sensuum, dignitas oris, facundia, & si qua sunt alia huius generis. Commendant hæc quidem virtutem per se.

Spe-

Speciosiora sunt si hæc paravit, aut auxit animi probitas. Nam animus placidus, ac modestus nativam corporis formam commendat, quam de honestat invidia, iracundia, luxus, ac temulentia, quæ res officiant non numquam, & valetudini. Postremas partes ferunt bona externa, quæ casu aut fortuna secunda, aut adversa accidere possunt. Ut Genus, Educatio, Divitiæ, Potestas, Gloria, Amicitia, Bona quidem fluxa sunt hæc, & prorsus caduca, quæ nesciant perpetuo durare, & in eodem persistere loco. Sed in horas mutantur, & velut aqua in interitum dilabuntur. Unde quidquid habent laudis hoc totum ex honesto usu comparatur. Quare sit hoc à nobis in universum præceptum, ipsa cum externi: tum naturæ; sive corporis



poris bona ea tenus nobis laudi oportere tribui, quatenus ad animi virtutem collata fuerint. Idque imprimis providendum est, ut ex corporis commodis ostendamus virtutes animi. Vt per formosam formam, mentis pulchritudinem significemus, per divitias, animi liberalitatem in pios honestosque usus. Ad hunc modum facile erit, quamlibet rem ad laudem, aut vituperium conferre. In hoc autem genere perpetua est narratio, tamen si incidant interdum loci, qui habent aliquam disputationem, ubi confirmatione, & refutatione utimur, ut si quis laudaverit Iulium Cæsarem, excusabit illum: quod bellum adversus patriam moverit, quia inimicum illi beneficium populi eriperent, priores bellum indixerunt: ac

mo-

moverunt. Nec dubium est quin cons-  
piratione inimicorum oppressus esset,  
ni ab exercitu auxilium imploras-  
set.

DE GENERE DEMONSTRATIVO  
*factorum.*

CAPUT XIII.



**G**ENUS demonstrativum facto-  
rum, est in quo laudantur,  
aut vituperantur facta. In hoc gene-  
re omnes orationis partes existire pos-  
sunt, Exordium, Narratio, Confir-  
matio, Confutatio, Conclusio. Lo-  
cos mutuamur ex genere deliberati-  
vo, Honestum, Utile, Facile, Pos-  
sibile. Ut si quis laudet factum Fu-  
rij Camilli, qui impurum illum, &  
ne-

nepharium Faliscorum Ludi magistrum, nudum : & manibus à tergo revinctis, pueris cœdendum virgis tradidit. Aut Martij Curtij memorabile factum : qui se unum pro salute totius Reip. morti destinavit, intraque vastum specum, cum equo armatum inmisit. Aut Deciorum illud cum primis laudabile, qui pro salute exercitus se dijs manibus devoverunt. Primum vero ut de Camilli facto loquar, honestatis loco utemur quod deceat imperatorem efficere, ut disciplina militaris sancta sit, & inviolabilis. Argumentum sumemus : non solum ab Imperatoris persona, sed etiam ab ipsius rei turpitudine, quæ proditionis, perfidiæque scelere odiosa est. Ab utili erit, quæ eo facto civitas Faliscorum inceditionem statim

Romanorum venerit, quæ non nisi sero, & multa cum mortalium strage alias caperetur, aut quod certius erat prodicionis rabie commoti Faliscii, ad invadendum Romanos animosiores (ut sæpè fit) redditi, Romanorum exercitum disturbarent. Habet hic locus difficultatis non nihil, quod Furius Camillus noluisse sine periculo: & duro militiæ labore Faliscorum urbe potiri, repudiata capiundæ urbis occasione, quæ sine suorum sanguine, & detrimento offerretur, ubi tanta postea difficultas, & periculum capiundæ urbis imineret. Hic tamen mire spaciosus se aperit campus, de clementia, humanitate, magnanimitate, animique celsitudine ipsius Camilli quæ omnes hæ virtutes, & aliæ non parum multæ in hoc memo-

rabili iuxta atque præclaro facto , ve-  
 lut in speculo reluxerunt. Potest hic  
 conferri Camillus cum suæ , tum alia-  
 rum gentium imperatoribus , ut su-  
 perius à nobis præceptum est , Porro  
 circumstantiæ sunt quædam ludentes  
 circa factorum tractationem , locus,  
 tempus , occasio , modus , unde edu-  
 ci possunt argumenta ad confirman-  
 dum , vel contrà diluendum propo-  
 situm factum. Siquidem momenti  
 habet quam plurimum novisse , quo  
 quisque loco , tempore , occasione,  
 modo rem fecerit , quæ sit in Camilli  
 facto consideramus , laudationis am-  
 plissimum fructum perci-  
 piemus.



**DE GENERE DEMONSTRATI-***vo rerum.***CAPUT XIV.**

**G**enus demonstrativum, rerum est, quo res laudantur, aut secus ut artes: Philosophia, Medicina, eloquentia. Res autem eodem modo laudantur, quo facta, ab honesto, utili, facili, possibili. Incidunt etiam in hoc genere res natura diversæ, quibus varios laudationis locos pro cuiusque conditione tribuimus nam & laudamus regiones, urbes, domos, hortos, arbores, fluvios, fontes, & res specie varias, quæ singulos, & maxime differentes locos postulant. Primum quidem regiones

comendat prosperitas aeris , deinde fertilitas , frequentia virorum , Urbium situs , amplitudo antiquitas , primi inhabitatores. Urbes commendantur ab antiquitate , prima origine , situ , fundatore , Religionis studio , Reip. Senatu , frequentia , studio pacis , civium urbanitate , domorum magnificentia , variarum rerum copia , prosperitate aeris , amœnitate. Res infinita esset de singulis rebus velle locos tradere. Memoria tamen teneant eloquentiæ candidati , ut quam laudandam susceperint rem semel : ac iterum presenti animo inspiciant. Sic enim invenient unde laudationis locos ducant , qui in rei circumstantijs reconditi sunt , sed nihil ego prætereundum censeo sine exemplis , quæ rem ipsam ante oculos

los ponant. M. Tullius, quarta Ver-  
rina his propemodum locis Siciliam  
commendavit. Et Plinius in laudan-  
da Italia hos eloquentiæ fontes resig-  
navit, ingentemque nobis reliquit  
exemplorum copiam. Eadem nos in  
cælebrandis publica olim contione  
Burgis, Civitate disciplina, & gravi-  
tate nobili, imitati sumus. Nec pu-  
dore rustico commovebor, quin pau-  
ca quædam infirmioribus ingenijs hic  
proponam, quibus ceu præpilatis di-  
cendi rationem exerceant, aut rudi-  
mentum aliquod eloquentiæ ponant.  
Intus habet quocumque oculos infe-  
ras: nobilissima Urbs Burgi patria  
tua, amplissimam laudis materiam,  
& uberimam immortalis gloriæ sege-  
tem, sive Rempu. spectes, sive Reli-  
gionis studium pendas, sive populi



frequentiam, civium fidem, & probitatem, variarumque rerum copiam animo præfenti contempleris. Resp. primum ea est, qua nec ipse auderet divinus Plato præstantiorem exoptare, pacis amantissimam, legibus, & maiorum sanctissimis institutis præclare fundatam, in qua omnes cives concordissime vivunt, fidem servant, publica aut privata odia (quæ civitatum omnium venenum est) naturæ virtuti corroborate, disciplina deinde nobilitate nesciunt. Testatissimum est hoc nationibus, non dico nomine sapientiæ claris, & morum civilitate ornatissimis, sed immanitate etiam Barbaris, & nullo Reip. studio, vitæque cultu horridis, ad quas Burgenfes mercatura industrij homines, diligentesque vel infero, superoque ma-

ri frequentes commeant, vel Oceano vasto lateque supino procurrentes, nusquam non exoptati, populares gratiosi convolant. Sed illud mirari nequeo satis, hominibus negotiatoribus tam perpetuo potuisse constare fidem, ut nulla unquam mendatij nota inusti, nulla fraude notati, nulla immoderatæ cupiditatis labe contaminati, & re integra, & labefactatis, deformatisque opibus: post urbem illam gloriose conditam fuisse dicantur. O Remp. vere Platoniam imo vero christianam: oviros ad iusticiam, æquitatemque natos, ubi ius summa Religione colitur, ubi summa omnes concordia vivunt. Quod nos in uno Reip ostendimus loco, & in reliquis tantundem, qui ad eloquentiæ lumen contendunt, ex præceptis, & illustrium

trium authorum imitatione efficere  
conentur.

## DE EPILOGO.

### CAPUT XV.

**P**ostrema orationis demonstrati-  
væ pars est epilogus, qui artifi-  
ciosus totius orationis terminus est.  
Hic quidem cum in alijs generibus late  
pateat, in demonstrativo autem tum  
maxime laudatur, cum per enumera-  
tionem constituitur. Hic faciendæ  
repetitionis tædium erit in primis vi-  
tandum, quod duobus fiet modis:  
Primum si diverso modo argumenta  
repetantur, quam in confirmatione  
fuerit factum, adhibita tamen ampli-  
ficatione, deinde si argumenta ipsa

magis ponderentur, quæ vel repetita ingerantur, vel ingesta leviter memorantur. Nec repetendi omnia nimia sumus cura districti. Modo quæ iudicaverimus præstantissima, quæque plus habuerint roboris, & momenti præsentis consilio, altaque prudentia, ut apud Ciceronem voluit Antonius perpendantur.

*QUÆ FORMA DICENDI  
magis conveniat generi demonstrativo.*

CAPUT XVI.

**N**unc quidem videndum est, quæ dicendi forma demonstrativis orationibus magis conveniat. Siquidem non est oratori hæc cura

repudianda, cum sint multiformes dicendi characteres: quos si omni causæ quis accomodaverit, ille mihi perinde facere videbitur, ac si una pedis forma omnes homines calciare conabitur. Huius igitur generis quod, & laudatium, & engomiasicon græce vocamus, iocunditas, amœnitas, perspicuitas, ornatus, splendor, & amplitudo, peculiaria sunt, iccirco summa ope niti decet, ut multum habeat iocunditatis, & amœnitatis quam plurimum, circumfuso per totam orationem sententiarum splendore, verborumque apparatu, & magnificentia undique circumstante. Qualis fuit illa oratio sæpè à me, multumque repetita pro Marcello, quam toties oportere meminisse me puto, quod pauca in eo genere extent apud Ciceronem.

Hanc

Hanc autem dicendi formam obtinebimus, si iocundas sententias cum amœnis etiam, splendidissimisque verbis coniunxerimus. Iocundæ sententiæ sunt fabulosæ omnes. Deinde historiæ, quæ fabulis propriiores sunt. Cuius sane rei proposita nobis sunt exempla à Marco Tullio omni eloquentia consumata, dum eleganti, perinde atque iocunda, amœnaque narratione Verrina tertia refert partum Latonæ apud Delum, & Verrina sexta raptum Proserpinæ. Qua nihil una, magisque in tempore potuit à viro perfectæ eloquentiæ iocundius, gratiusque adhiberi, ut oblectatione fabulosæ historiæ recreati auditores ferrent equo animo, quod relicuum erat actionis. Conciliant præterea hanc gratiam orationi, quæ sensui

iocunda sunt, ut risui, adoratui, gustui, quæ quidem si particulatim, explicantur, suavitate etiam fabulas excedunt. Verum quoniam eorum quæ sensu percipiuntur, nonnulla honesta, multa turpia sunt, providendum est, ne aperte nudeque dicantur. Nam turpia, si aperte dicantur, offendunt magis, nisi quis apud scurriles homines, quibus huiusmodi res non dicere modo aperte, sed facere quidem non est pudori, orationem haberet. Quare quæ turpia sunt, si turpitudinem tegunt, non solum, non amittunt iocunditatem, modo intelligantur, sed aliquid etiam deliciarum, quoniam honestius dicuntur, sibi addijcitur, Porro autem res turpis quatuor modis honestius efferi potest. Aut per mutatione, quæ est oratio  
aliud


aliud verbis, aliud sententia demonstrans, ut Verg. summo ulularunt vertice nimphæ. Idem in Georgicis. Sed rapiat sitiens venerem, intusque recondat. Aut si pro eius rei, quam exponere volumus, nomine proprio aliud, quod vel similitudine, vel affinitate transferri possit, accipimus. Hinc ebrium, liberi patris plenum dicimus. Venerem pro Luxuria. Aut ambiguo, ut illud est Cice. Quæ navis in publico flumine, tam vulgata, quam istius ætatis fuit? Qualis modus est, cum nec allegorice, nec translatione verbi, nec ambiguo res exprimitur, sed ab antecedentibus, aut consequentibus, aut ab his quæ agere, aut pari natura soleant, vel quæ aliquo pacto ad gestionem negotij pertineant. Qualia sunt dare operam liberis,



ris, celebrare nuptias, Speluncam Dido  
dux, & Troianis eandem deveniunt.  
Et Cicero Clodium mulierem sæpius  
inter viros fuisse dicit, & an ex suorum  
cubiculo egressus, pudorem, pudici-  
tiamque defendat. Igitur quæ sensi-  
bus iocunda sunt, ea relatu quoque  
suavia putantur, sed rerum turpitude,  
(ut monuimus) oratione semper te-  
genda est. Quæ autem obscenitate ca-  
rent, apertissimis, & quam maxime  
proprijs vocabulis explicentur: ut fe-  
re omnes sunt, quæ visu, auditu,  
odoratuque percipimus, ut si quis ro-  
sarij pulchritudinem, hortorum pro-  
ceras arbores, ordinibus per quincun-  
cem dispositas, sese in orbem formo-  
sius fundentes, vivo gurgite semper  
manantes fontes, sonorum harmo-  
niam, & concentum, avium garru-  
tum,

tum, & suam illam cantilenam, describit. His etiam illa addimus, quibus amores continentur, quæ si ( ut Poeta faciunt ) confingimus iocunditas gemina comparabitur. Commemoratio rursus teneræ ætatis nobis iocunda est, laborum quoque recordatio, si magno pertulimus animo, plurimum affert iocunditatis. Ad hæc amana sunt omnia, quæ aut ex Comicis, aut Poetis decerpta usurpamus. Ut cedo, dic sodes. Labet, & quæ sunt huiusmodi, quare non ineptum erit, & versus ex aliquo Poeta interponere, si iocunde loqui volumus. Quanquam in nulla oratione, quantum ego recordari possum, videam à Cicerone factum, in libris Philosophicis sæpè. Insuper epitheta plurima, & pulchre accommoda-

data non minimas voluptates accumulant, huius signum, quia Poetae qui delectare maxime cupiunt, his abundant sceleratis, Postremo, & figuris, quae lumina sunt orationis, praesertim quae per se pulchra sunt, & iocunda, cum multo gratiorem, tum digniorem quoque orationem reddunt. Quo circa mihi pauca dicenda sunt hoc loco de figuris, generi laudativo convenientibus.



DE FIGURIS GENERI  
*demonstrativo familiaribus, magisque  
convenientibus.*

CAPUT XVII.

**F**iguræ quæ in hoc genus frequentius cadunt, hæ prope modum aliorum exemplo, & multa, frequentique observatione mea sunt annotatæ, Traductiones, Agnominationes, Similiter cadentia, Similiter desinentia, Ratiocinationes, Contraria, Gradationes, Commutationes, Circuli, Articuli. In his summa est voluptas reposita, & Iocundus, ampliusque ornatus. Traductio est, quæ facit, ut cum idem verbum, sæpius ponatur, non modo, non offendat

dat animum, sed orationem etiam festiviorem reddat. Hoc modo, qui nihil habet in vita, iocundius vita, hic cum virtute vitam non potest colere. Ea fit varijs modis, primus est, cum eadem vox cum gratia repetita, non variat sensum. Ut minus amat Deum, qui aliquid amat præter Deum, quod propter Deum non amat. Secundus modus est, cum eadem vox, sed alio significato iteratur. Ut cum hominem tu vita, qui spem omnem collocavit in hac vita. Contemneres huius mundi, quibus nihil est mundi. Eas cura, quæ te liberent omni cura. Tertius argutior est, cum eadem vox per se quidem ambigua non est, sed in diversum detorquetur, ut Proculcius querebatur de filio, quod expectaret mortem patris, cumque filius,

lius respondisset, non expecto, im-  
mo inquit (pater) rogo, ut expec-  
tes. Expectat mortem hominis, qui  
optat, & non expectat qui nihil moli-  
tur ante mortem, sed æquo animo fer-  
tillum esse vivacem. Quartus modus  
plusculum habet dignitatis, cum ea-  
dem vox occinitur, quæ velut echo  
sonum refert. Quale est illud Pauli,  
cui vectigal, vectigal, cui tribu-  
tum, tributum, cui honorem, ho-  
norem. Agnominatio est cum vox  
repetitur, non prorsus eadem, sed  
aliqua ex parte immutata, vel adiec-  
tione, aut detractione litteræ, aut  
Sillabæ, vel productione, aut cor-  
reptione, vel immutato casu. Pri-  
mi exemplum est. Deligendus est,  
quem diligas. Item videte P. conf-  
cripti, ne videamini circumscripti.

Habent hæc plurimum gratiæ , cum commode incidunt non affectata. Ut si quis dicat eos , qui insanis diviti- bus emulmenti gratia blandiuntur , sic esse arrisores , ut idem sint irriso- res , atque etiam arrosores. Item di- cimus. Hic non tantum curiam di- ligit , quam Curiam. Curia prima correpta meretricis est vocabulum. Tertij sit illud exemplum , est tibi pa- ter indulgentissimus , patris huius charitas te debuit ad obsequium invi- tare , patri tanquam præcipienti non erat grave morigerum esse , si aman- tem patrem par erat redamare , à tam benevolo patre , non oportuit dis- sentire. Similiter cadens exornatio dicitur , cum in eadem constructione verborum , duo aut plura sunt verba , quæ similibus casibus efferuntur. Hoc

modo nunquam fructur sapientia,  
cui invisæ est industria. Similiter de-  
sinens est, cum tametsi casus non in-  
sunt in verbis, tamen verba similes  
exitus habent. Hoc pacto difficile est  
sapere, simul, & amare. Parcius de  
his ago, quia puerilia semper ego pu-  
tarim hæc duo schemata, quæ tunc it-  
reperunt in studia, cum iam dege-  
nerasset illud naturale dicendi genus  
à maioribus traditum. Declarant hoc  
Apulei florida, & qui huius ætate flo-  
ruerunt authores. Nam gravitate ora-  
tionis repudiata, agnominationibus,  
& similiter cadentibus, & desinenti-  
bus suos libros refererunt. Cæterum  
similiter desinens fit floridius, si con-  
trarijs, agnominationibus, alijsque  
similibus comendetur. Ratiocinatio  
est, quam græci dialogismon appel-  
lant



lant. Ea fit cum ipsi nos interrogamus  
& ijdem ad interrogata respondemus,  
per inde ac si duo sint colloquentes.  
Ut cole litteras mi Martine, quæ te  
multum generosiores reddent. Quid  
ita? Quia litterarum studia solent  
non illustrare modo maiorarum fu-  
mosas imagines, sed hominibus quo-  
que novis recentes erigere? Unde  
(inquis) istud scis? Atqui à Satabi-  
tanis hoc didici, apud quos pluscu-  
lum temporis demoratus sum, qui  
soliti erant non semel mihi iactare  
duos Pontifices maximos: & patres  
purpureos quinque quos Cardinales  
vocamus, litterarum studijs ex urbe  
Satabi ad summam dignitatem evectos.  
Quæ nam istis nunc gloria est?  
Certe in terris ære perennior. Nam  
quod litterarum monumentis semel

expressum, & consignatum est, nullo casu, aut fortuna, ammitti potest. Contrarium est: quod ex rebus diversis duabus, alteram breviter, & facile confirmat. Hoc pacto. In otio tumultuaris, in tumultu solus es otiosus. Item, in re frigidissima cales, in ferventissima friges. Nihil fere hoc Schema disfert à contentione, Gradatio est cum à verbis in verba subinde graviora ascendit oratio. Ut Africano industria virtutem, virtus gloriant, gloria æmulos comparavit. Verg. Torua Leena Lupum sequitur, Lupus ipse cappellas. Sumitur fere ab adiunctis, & eventu, quod his sane declaratur exemplis. Ut quæ reliqua spes libertatis manet, si illis, & quod liber, licet, & quod licet, possunt, & quod possunt, audent, & quod

audent , faciunt , & quod faciunt ,  
vobis molestum non est. Commuta-  
tio plurimam habet venustatis inver-  
so sententiæ ordine. Non est viven-  
dum , ut edas , sed edendum , ut vi-  
vas. Non possidet pecuniam , qui ser-  
vit pecuniæ , sed cui servit pecunia.  
Circulus est : cum eadem vel simili  
adiectiōe claudimus orationem. Ut  
servirem tibi, si essem similis tibi. No-  
tatio quoniam mores , & ingenium  
cuiusque suis depingit coloribus, mul-  
tum habet voluptatis. Veluti descri-  
bas imaginem Luxuriosi , Prodigii,  
Parci , Avari , Amantis , Meretricis,  
Adulatoris , Heredipetæ , Temulen-  
ti , Gloriosi , Ambitiosi , Zelotipi,  
Iracundi , Invidi , Superstitiosi , Of-  
tentatoris, qui velit haberi dives, cum  
sit pauper , doctus, cum sit imperitus.

Unum

Unum Marci Tul. afferamus exemplum è multis, quæ in orationibus exposita sunt. Id autem contra Pilonem erit. Nam illud Antonij ex divina Philippica, qualis ex amicæ edibus egrederetur, omnibus vulgatum est. Sic enim habet: Iam ne vides bellua? Iam ne sentis, quæ sit hominum querela frontis tuæ? Nemo queritur, Syrum nescio quem de græce novitiorum factum esse consuevit. Non enim nos color iste servilis, non pilosæ genæ, non dentes putri deceperunt: oculi, super cilia, non vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est. In Comicis etiam, & Poetis per multa reperiuntur huius figuræ exempla.

## CAPUT XVIII.

**I**N usu schematum modus erit adhibendus. Nam ut nihil est, vel formosius, vel iocundius, si parce, & suis quæque locis ordinate ponantur: ita etiam tota gratia, & orationis gravitas percunt, cum sine modo ingeruntur. Schemata quidem volumus in oratione. Sed modum quoque postulamus. Et ornatum talem querimus, qualis honestam deceat matronam, non meretricem impudicam. Ita demum paranda sunt in oratione Schemata, ut procul absint scurrilitas, effeminatio, molli-tia. Nam obrruit orationis pulchritudinem Schematum, Troporumque

que immodica copia. Ut enim gemmæ distinctæ locis, plus elegantia, ornatus, & decoris vestimentis addunt, quam si densæ, confertæque pendeant, ita profecto quæ rariora sunt schémata, plus aciscunt splendoris, & honestatis. Hoc vitio cum iuvenes essemus, orationem corrupimus, quam de laudibus Regis Davidis Valentiaë scripsimus, nam frequentissimis tropis, & schemate, perpetuo totam orationem effeminavimus. Cæterum hæc luxuries dictionis commendatur in iuvenibus: quam speramus tamen stylo cum etate depascendam esse.





COMPOSITIONE

CAPUT XIX.

**Q**Uoniam quidem oratio decen-  
ter ornari non potest, nisi  
absoluta, perfectaue com-  
positionis cognitio adsit, quæ artem  
modumque doceat, magnum pretium  
operæ me facturum existit, si bre-  
vem quandam commentariunculam  
de hoc etiam argumento præscripse-  
ro. Hanc vero quibusdam pronun-  
tatis excipiam. Primum pronuncia-  
tum esto. In omni compositione tria  
sunt necessaria, Ordo, Iunctura, Nu-  
merus. De singulis discretendum est,  
quo magis in aperto, & ad intelligen-  
dum illustria sint omnia. Secundum  
pro-

pronunciatum, Ordinis observatio in verbis est singularis, & contextus. Singula sunt Apyndeta, ut Veni, Vidi, Vici. In his cavendum est, ne decrescat oratio, & fortiori subiungatur aliquid in firmitus. Ut sacrilego fur, aut latroni petulans, nam augeri debent sententiæ, & insurgere. Tertium pro. Est alius naturalis ordo, ut viros, ac foeminas, diem, ac noctem, ortum, & occasum dicas potius, quam retrorsum. Quartum. Quaedam permutato ordine fiunt super vacua, ut fratres gemini, nam si præcesserint gemini, fratres addere non est necesse. Vives tamen, Valentinus aliud est ausus statuere contra Fabium Quintilianum. Quintum. Nimia observatio est, ut vocabula, verbis, verba rursus adverbijs, nomina

appo-



appositis, & pronomini-  
bus sint priora, nam fit contra  
frequenter non indecore. Quo  
circa non ea erimus sic imbuti  
semper superstitione ut dicamus.  
Cicero divina illa eloquentia  
sua, civitatis statum pene labefacta-  
tum, & constituit sapienter, & reti-  
nuit fortiter, quin contra liceat effer-  
ri. Divina illa sua eloquentia civita-  
tis statum convulsam, & iam pene la-  
befactam sapienter constituit Cice-  
ro, & fortiter retinuit.

Sextum. Nec non illud est nimie  
superstitionis, ut quæ sint tempore,  
ea facere ordine priora, non quia  
frequenter sit hoc melius, sed quia  
interdum plus valent ante gesta, ideo-  
que levioribus superponenda sunt.  
Septimum. Verbo sensum claudere  
multo si compositio patiatur, opti-  
mum

num est. Hoc pronuntiatum, ita etiam vulgo grammaticorum receptum est, ut tunc se putent Ciceroniane loqui, cum in fine Periodi verbum collocarint. Non intelligentes oportere sepiissime contra fieri, maioremque gratiam, & authoritatem orationi conciliari, si initio statim, vel medio etiam insertum fuerit. Octavum. Longe transgressiones vitiosæ sunt, quales illæ Mecenatis.

*Sole, & aurora rubent plurima,  
Inter sacra movit aqua fraxinos,  
Ne exequias quidem unus viderem meas.*

Nonum Voces quæ Emphasim habent rectius initio, aut in fine collocantur, quam in medio, ut tu ista audes in me? Sus doces Minervam?

Ver-

Vehementius dicuntur, quam sus Minervam doce. Decimum Maiori non unquam efferuntur venustate, & vehementia, quædam vocabula in clausula posita, quam in medio sententiæ. Ut pridie, postridie, nemo, nullus, aliquot, & non nulla quoque adverbia: qualia sunt, egregie, affatim, idem, identidem, Cicer. contra Antonium. Ut tibi necesse esset vomere in conspectu Populi Ro. postridie. Non tam vehementer postridie initio, aut medio statuisset, quam fecit in fine, de reliquis multa exempla invenies apud Cicer. Undecimum pronuntiatum. Amphibologia cum primis erit vitanda, non est enim ullum vitium foedius in oratione, id autem accidit vitiosa locatione verborum.

## DE IUNCTURA.

## CAPUT XX.

**I**unctura consistit in verbis, incisis, membris, Periodis. Hæc quidem omnia: & virtutes, & vitia in complexu habent. De quibus sigillatim dicendum est. Vocalium concursus, qui cum accidit hiat, & intersistit, & quasi laboratio, est ante omnia vitandus. Ut ego omni officio, ac potius pietate erga te ceteris satisfacio omnibus. Ingens hic vocalium est concursus, quæ orationem non retardat modo, sed duram, & asperam faceret, nisi trocheis nonnulla celeritas compararetur, quæ partem adimunt duritiæ, & gravitatis. Tertium

tium pro. Concursus, qui ex vocalibus longis fit, multo deformior est eo, qui ex brevibus constat: nam cavo, & maxime patulo ore pronuntiantur. Sed hæc vocalium coitio non ab orationum prohemijs repudiatur: quod amplam, & gravem efficiat orationem. Quartum pro. Dictiones in quibus asperiores, & nimis duræ sunt consonantes, raro usurpat orator. Cuiusmodi sunt, res, error, Roscius, Xerxes, ars. Quintum pro. Videndum est preterea ne syllabæ verbi prioris ultimæ, sint primæ sequentis. Id ne quis præcipi miretur, Ciceroni in epistolis excidit, Res mihi invisæ, visæ sunt Brute, & in carmine.

*O fortunatam natam me Consule Roman!*

Septimum pro. Brevium verborum, ac nominum vitanda est conti-

nua-

nuatio, & ediverſo quoque longo-  
rum, Afferant enim quandam dicen-  
di tarditatem. Octavum pro. Vitio  
datur ſi cadentia ſimiliter, & deſinen-  
tia eodem modo declinata multa iun-  
gantur. Hoc modo turpiter audes fa-  
cere, nequiter ſtudes dicere, vivis  
invidioſe, delinquis ſtudioſe, loque-  
ris odioſe.

## DE NUMERIS.

### CAPUT XXI.

**D**E numeris hoc primum ſit pro-  
nuntiatum. Ne quis nimium  
laboret in quærendis dictionibus nu-  
merofis. Superſtitioſorum utique ho-  
minum hunc ſemper laborem iudica-  
vi, qui volunt huic immortali vanitati,

in eaque confenscere. Etenim si acciderit, laudabo, quos vel moderato usu vel dono potius naturæ quis obtinuerit, sin minus non propterea in albo oratorum non reponam. Secundum pro. Numerus qui, & Rythmus dicitur, & si in principio Periodi, ipso quæ medio consideratur, magis tamen in fine dominatur. Idcirco potissima cura erit, ut sententiæ numerose cadant. Tertium pro. Dictiones ubi quinæ syllabæ nectuntur, vitandæ sunt, non tantum in ipso orationis initio, sed multo amplius in fine. Ut Archipirata, Balneari, & fortissima Tyndaridarum, causa est quia hæc sunt dictiones molles, & effœminatæ, etiam illæ ubi quaternæ syllabæ sunt, ut Appenino reprehenditur in Persio, & Ori-  
na

na apud Vergilium, & Armamentis apud Lucanum. Itaque plurium syllabarum dictiones cavendæ sunt in fine Periodi. Quartum pro. Verba quæ in ipso orationis ambitu interponuntur, nec brevia omnia sunt, nec rursus longa. Nam brevia multa coacta reddunt tinnulum sonum, & pene crepitaculorum. Longa vero tarditatem, morasque afferunt, & sonum præterea nimis amplum, & cum fastu quodam, & arrogantia resonantem. Quintum pro. Versum in oratione fieri fædissimum est, totum quidem sicut in parte deforme, utique si pars posterior in clausula deprehendatur. Fingamus unum, exempli gratia. Timui ego semper iudices huius causæ meæ defensioni, non quod probitati, aut æquitati vestræ



disiderim unquam, sed quod mihi cum viro pot. mi, & gratioſo eo preſertim tempore liſ eſt, cum tot ſuſtineam, & tanta negotia ſolus. Sextum pro. Ab exámetro ſive Pentámetro exordiſi orationem, aut contrà finire: non probat Quintilianus, cuiuſmodi fuit principium Livij hiftorici. Facturus ne opere pretium ſim.

Septimum pro. Inter omnes pedes, qui tribus ſyllabis conſtant, maxime ad numerum orationis faciunt. Nec alios commodiores inveniri licet, ſi paulo attentius Ciceronem expendas, qui frequentiffime uſurpat in fine Periodi ſenarium illum. Eſſe videatur. Quo primam orationis clauſulam pro Q. Ligatio terminavit.

Octavum pro. Syllabæ longæ plurimum ponderis, & authoritatis habent,

bent, celeritatis breves, quæ si mis-  
centur quibusdam longis, currunt,  
si continuantur, exultant. Unde op-  
time inchoamus à longis, recte in-  
terdum à brevibus. Nonum pro. Mem-  
brum est sensus numeris conclusus.  
Sed à toto corpore abruptus, & per  
se nihil efficiens, itaque incisa, &  
membra mixta sunt, & conclusionem  
utique desiderant. Ut ego omni offi-  
cio ac potius pietate erga te cæteris  
satisfacio omnibus. Decimum pro.  
Incisum est sensus non expleto nu-  
mero conclusus, aut pars membri.  
Quale est apud Ciceronem. Domus  
tibi de erat, at habebas: Pecunia su-  
perabat, at egebas: sunt autem sin-  
gulis verbis in ista. Undecimum pro.  
Periodum varie Cicero nominat. Am-  
bitum, Circuitum, Comprehensio-  
nem,

nem, Circumscriptionem, Genus huius duplex est. Alterum simplex, cum sensus unus longiori ambitu circumducitur. Alterum constat membris, & incisus, quæ plures sensus habent. Quamquam inter circuitum, & ambitum non nihil differentia esse videmus. Nam circuitus est totius orationis rotunda, & coacta, densaque cum frequentatione verborum compositio, ut nisi eum dii immortales in eam mentem impulissent, ut homo effœminatus fortissimum virum conaretur occidere, hodie Remp. nullam haberemus. Sed ambitus est membrorum inter se ad absolvendum sensum sine vi comprehensio, ut pro Murena. Quæ deprecatus sum à diis immortalibus iudices, more, institutoque maiorum, illo die, quo aus-

pi-


picato, Comitij Centuriatis L. Murenam consulem renuntiavi, ut ea res mihi: fidei, magistratuique meo, populo, Plebique Romanæ, bene, atque foeliciter eveniret. Eadem præcor à dijs immortalibus, & ob eiusdem hominis consulatum una cum salute Reip. obtinendum, ut nostræ mentes, atque sententiæ cum populi Ro. voluntatibus, suffragijsque consentiant. Eaque res nobis, populo Ro. pacem, tranquillitatem, otium concordiam afferat. Hac propemodum forma omnia Ciceronis exordia, quibus in orationibus usus est, circumducuntur. Nec modus alius convenientior est principijs orationum. Quia ambitus nulla vi cogit orationem. Circuitus vero contentioni accommodatior est, paucioraque continet



ner membra , quam ambitus , & cæ  
 breviora maiori quæ celeritate prædi-  
 ta. Duodecimum pro. Circunduci-  
 mus autem Periodum dictionibus sibi  
 invicem respondentibus , frequenter  
 clausulæ insertis , cuiusmodi sunt. Ut  
 Ita , Quamquam , & Tamen , Cum,  
 & Tum , Partim , & Partim. Non  
 solum , cum adversativis. Sed , Ve-  
 rum , Id , & quod , & alijs non pau-  
 cis , quæ clausulas longius dilatant.  
 Sed ut hæc , quæ præcipimus , ad  
 exemplum conferantur , brevem illam  
 clausulam perfectis membris solutam  
 in oratione pro L. Manilia propona-  
 mus in medio : quam longiori ambi-  
 tu ampliorem reddamus. Dicendum  
 est de Cu. Pompei. singulari , exi-  
 miaque virtute. Huius autem oratio-  
 nis difficilius est exitum quam princi-  
 pium


pium invenire. Ita mihi non tam copia, quam modus quærendus est. Ambitus fiet hoc modo amplior. Nam cui dicendum est de C. Pompe. singulari, eximiaque virtute, cuius orationis difficilius est exitum quam principium invenire, ei non tam copia, quam modus in dicendo quærendus est. Decimumtertium pro. Habet Periodus membra minimum duo, medius numerus quatuor recipit, & plura frequenter, ut sensum concludat. Membra autem quæ longissima fuerint, eadem tardissima esse putantur. Quæ secus brevia celeritatem, afferunt. Obid membratim, cesimque dicemus, ubicumque acriter, instanterque, ac pugnaciter erit orandum. Decimumquartum pro. Demonstrativum genus omnes fusiores postulat

numeros, quales fere semper exordijs, ac narrationibus tribuimus. Hoc breviter habuimus, quod de compositione, totaque ratione construendi orationes laudativas, diceremus. Nunc quidem de genere deliberativo pauca pari studio, & industria in artem, atque methodum conferenda sunt.



DE GENERE DELIBERATIVO,  
& eius fine.

CAPUT I.

 Enus deliberativum,  
quod, & suasorium  
Fabius vocat, & alij  
concionalis, suasionis,  
& disuasionis constat.

Quæ quidem partes duæ maximam  
rerum vim in se continent. Nam co-  
hortationes, Consolationes, Petitio-  
nes, Reconciliationes, Obiurgatio-  
nes, Commendationes, Monitiones,  
his duabus partibus subijcimus. Quis-  
quis enim exhortatur, suadet, ut au-  
deat. Quisquis consolatur, suadet,  
ut moderatius doleat. Quisquis obiur-  
gat,



gat, suadet, ut agnoscat culpam suam. Quisquis denique petit, suadet, ut aliquid sibi concedatur. Advertendum vero, quod suademus, ut quis velit, exhortamur autem, ut quis audeat. Quo fit, ut dubij, & sententia nostrae contrarij suasionem pertrahendi sint, ut velint. Remissi vero, & frigidi exhortatione sunt incitandi, ut audeant. Nam quoties suademus, quae citra controversiam pia sunt, exhortamur potius, quam suademus. Enim vero suasionis, ac dissuasionis abunde exemplorum est apud Livium. Nam est libro tertio prima Decados Oratio Quintij, qua plebem suadet, ut deposito odio adversus patres, arma capiant in hostes, delectumque fieri sinant, & ad nomen quoque respondeant. Rursum est pro-

ximo

ximo libro Canulei insignis quidem,  
& summa arte, & elegantia compo-  
sita oratio, qua impense laborat sua-  
dere patritijs, ut miscerent connubia  
cum plebe. Sequenti etiam libro ex-  
tat Apij Claudij haud ignobilis ora-  
tio, qua ornatissimus ille, amplissi-  
musque vir contendit, quo minus  
plebs ægreferat dari stipendia militi-  
bus, hiemareque subpellibus, donec  
Veientes, qui intra Urbis muros obsessi  
essent, caperentur. Et paulo post ex-  
tat illustris illa magnanimi Camilli  
oratio, qua impetravit à Romanis,  
ne relicta Roma, migrarent Veios. In  
secunda: libro primo de Secundo  
Bello Punico est Alorci oratio ad Sa-  
guntinos, ut se dedant Annibali. Præ-  
terea libro tertio habetur consultatio  
an ere, magestateque Populi Ro. sit,

ut Scipio exercitum trajiciat in Aphri-  
cam. Q. Fabius dissuadet, Scipio con-  
trâ suadet. Postremo: libr. tertio Belli  
Macedonici est Marci Portij Catonis  
gravis, severaque oratio pro lege Op-  
pia, de restringendis foeminarum cul-  
tibus, hanc continuo sequitur Lucij  
Valetij oratio dissuasoria. Itaque unus  
Livius multa nobis exempla suppeditare poterit, quem quidem authorem  
post unum Ciceronem evoluendum,  
eloquentiæ candidatos hortor, & mo-  
neo, tum propter lacteam illam di-  
cendi ubertatem, qua divite vena, &  
pleniore canali exundat, tum vero  
propter exemplorum copiam, unde  
Themata facile mutuari queant, qui-  
bus ornate, copioseque tractandis,  
cum ipso authore contendant. Quod  
non parum habet momenti ad augen-  
dam

dam eloquentiam. Sed ut eo revertamur, unde digressi sumus, Genus deliberativum cum his duabus suasionis, dissuasionisque partibus adsolvatur, unum tantum præstitum habet finem. Qui honesta continetur utilitate.

*QUOT SINT ORATIONIS  
suasoriae partes.*

CAPUT II.

**D**eliberativam causam quatuor constare partibus statuo. Exordio propositione, Confirmatione, Epilogo, Narrationem, enim quam plurimi rejiciunt authores, quæ in deliberationem minime cadat, aut certe perquam raro. Nam res ipsa  
qua

quæ de agitur, nota est illi, qui petit  
 consilium. Quamquam in oratione  
 pro. L. Manilia: quæ hoc genere cau-  
 sæ continetur, Ciceronem narrasse vi-  
 deo. Quod, & dilucide, & quam bre-  
 vissime fecit. Sed eorum fortassis cau-  
 sa fecerat, qui tum primum illi nego-  
 tio ad fuissent, qui per multi esse po-  
 tuerunt. Quod si quis hoc exemplo  
 persuasus, ad edendam narrationem  
 obnixè contenderit, cum hoc ego  
 non magnopere pugnabo. Modo il-  
 lud unum meo iure caverò, ne sem-  
 per deliberationibus inserendam præ-  
 cipiat: Tum etiam refutationem non  
 seiungo à confirmatione. Quod eius-  
 dem artis sit, & sua confirmare, &  
 aliena diluendo propulsare. Neque  
 enim ille mihi sua fortiter corroboravit,  
 qui adversarij obiecta non ea-  
 dem

dem opera strenue subvertit. Iam vero propositionem in numerum partium deliberativæ orationis referendam censeo. Nam exordio perpetuo subjicitur. Postremus est Epilogus, qui in hac maxime parte artificiosus est.

*QUÆ SUNT CONSIDERANDA  
dicturo ante ingressum causæ.*

CAPUT III.

**O**Ratori autem illud ante omnia præcipiendum est, ut etiam, atque etiam secum perpendat, quid, & quale sit, quod persuadere parat. Qui deinde sint illi, quibus est consilium daturus. Et quis ipse postremo, qui consultationi orator adhibetur.

betur. Aut quæ opinio, existimatio  
ve illius vulgo habeatur, siquidem  
plurimum hoc habet momenti, quod  
diferimus. Quum vir bonus, non  
nisi quæ honesta sunt, suadet. Et hæc  
ipsa varie pro hominum ingenio, &  
moribus ut disertus orator pertractat.  
Nam aliter suadet honesta pijs, aliter  
improbis, ac sceleratis, aliter prava  
opinionem corruptis, aliter dubijs. Ho-  
nestis vero facile persuadentur honesta.  
Improbi autem tractandi sunt, ut  
equi feroces, acri, & imperiosa, tre-  
mendaque oratione, quæ pulset ani-  
mos, feriat corda, rumpat viscera,  
timorem incutiat, horrorem afferat.  
Interdum blandis cohortationibus,  
ceu mollibus, delicatisque popismis,  
ne cum nos sustinere non possint,  
obturatis auribus magis obdurent  
ani-

animos. Corruptis eximendus est error. Dubijs præcipiendum est, quid sit optimum. Est, & in natione non modicum discrimen. Nam non eodem modo apud Hispanos eadem persuaseris, quo apud Gallos, & Germanos. Noverunt hoc strenui duces, qui ex multis, varijsque gentibus, & nationibus comparatum exercitum duxerunt. Honore, & gloria persuaseris Hispanos, alios his præmijs nihil commoveris, quibus si utilitatem proposueris, mirum est, quam concites, & impellas. Itaque excutientæ erunt omnes earum rerum circumstantiæ, quæ totam causam complectuntur.

\*\*\*





IN IPSO EXORDIO  
consideranda.

## CAPUT IV.

**E**Nim vero ut hæc quæ diximus, altius consideraverit orator: nec semel memoria secum repetitive-rit. Proximum est, ut non ex his, quæ causam confirmant, aut rem, de qua queritur, doceant, exordium ducat. Sic enim confirmatio fiet, non exordium. Sed ex illis potius, quæ circa res, personas ve posita, favorem audientis paratura videntur. Nec ab eo autem quod in presenti est quæstione, statim incipiendum est, sed repetendus est plerumque altius ordo rerum, si sit in eis aliquid quod pro-

profit. Nam sæpè accidit ut primo aspectu tanquam profutura nobis quædam blandiantur, quæ si utilitatis specie allecti sequimur, causam perdimus. Penitius igitur erunt omnia inspicienda, & si quid subest, quod possit offendere, diligenter est advertendum. Est illud, & artis, in causis deliberativis, exordio longe præmeditato, multum atque diu elaborato uti. Quod quidem in causis Iudicialibus valde noceret.

*DE LOCIS EXORDII SUASORII*

## CAPUT V.

**C**AUSA principij nulla alia est authore Fabio (exceptis quas in demonstrativo perstrinximus) quam ut auditorem, quo sit nobis cæteris

partibus accomodatior, præparemus. Hoc quidem tribus præcipuæ rebus obtinebimus. Nimirum si benevoluntiam, attentum, docilem fecerimus. Non quod hæc per totam orationem non sint comparanda, sed quod initijs maxime necessaria putantur. Ut per ea in auditorum animos admissi, Benevolentiam ultra procedere possimus autem à personis, aut causis ducimus. Personæ sunt, vel qui dicit, vel qui audiunt, vel ipsi adversarij. A nostra persona captabimus benevolentiam, si officium nostrum sine arrogantia laudaverimus. Hoc loco priusquam longius ferar, à multorum importunis sermonibus mihi defendendus est Cicero, quem hominem gloriosum, & iactabundum, inveterata iam huius vanitatis.

invi-

invidia plerique vulgo compellant. Quod nulla scilicet eius fuerit oratio, quæ non sonaret aliquid, vel de opressa suo consilio, & prudentia coniuratione Catilinæ, vel de suo consulatu, vel de optime à se ministrata Provincia, vel de his demum rebus, sine quibus neque status Reip. præclare contineri, neque salus, & amplitudo Populi Ro. stare diutius posset. Hæc ego verba cum vulgo iactari audio, improbarique sentio, moleste equidem fero. Quod videam profecto summum virum vanitatis immerito argui, qui de singulari, divinoque eloquentiæ artificio ea una in re laudandus potius esset. Namque non ille Catilinæ incendium à se restinctum meminerat, aut consulatum suum, administratamque præclare Provinciam

memorabat, ut pulcherrimarum rerum innani prædicatione invidiose ridicule quæ pasceretur. Sed ut repetito quidem commemoratoque boni viri officio, quo ille semper usus fuisset, benevolentiam ab illis civibus aucuparetur, pro quibus tot, tamque memorabiles res in omnium conspectu gessisset. Amor itaque, & benevolentia illa factorum tam frequenti cumulataque laude tentantur, non gloriosa sempiterni nominis prædicatio.

Quæ si à me in Cicerone deprehenderetur, non vererer sane à glorioso Thrasone minime secernere. Quare iam humilis, & abiecta cogitatio de oratore perfecto, si quorum animis insedit, continuo me deprecatore eijciatur. Hinc igitur illud habemus, multum conducere ad parandam au-  
dito-

ditorum benevolentiam, si dixerimus  
quales erga Remp. aut in parentes,  
aut amicos, aut in eos ipsos, qui au-  
diunt fuerimus, modo hæc ad cau-  
sam pertineant, ut Cicero, pro Flac-  
co cœpit. Quum in maximis pericu-  
lis huius urbis, atque imperij gravif-  
simo, atque acerbissimo Reip. casu:  
socio, atque adiutore consiliorum,  
periculorumque meorum Lucio Fla-  
co, cædem à vobis, coniungibus,  
liberis vestris, vastitatem à templis,  
delubris, Urbe, Italia depellebam,  
sperabam iudices honoris potius Lu-  
cij Flacci me adiutorem futurum,  
quam miseriarum deprecatores. De-  
inde si nostra incommoda profere-  
mus, solitudinem, inopiam, calami-  
tatem, & id genus multa, quibus per  
commiserationem benevolentia com-

paratur. Unum Cicero pro Sylla sic exorsus est, maxime velim Iudices. P. Syllam ut antea dignitatis suæ splendorem obrinere, & post calamitatem acceptam, modestiæ fructum, aliquem potuisset percipere. Sed quoniam ita tulit casus infestus, ut amplissimo in honore, tum communi ambitionis invidia, tum singulari Antonij odio everteretur, & in his pristinae fortunæ reliquijs, miseris, & afflictis, tamen haberet quosdam, quorum animos ne supplicio quidem suo sciacare posset. Ab adversariorum persona, tribus modis benevolos auditores reddemus. Nam si potentes sunt, in invidiam rapiemus. Hic nos simplices, infirmos, impares fortunis, corpore, astutijs, eloquentia esse dicemus. Quod preclare à Marco Tullio

Tullio pro Quintio præstitum est. Quæ res, inquit, in civitate duæ plurimum possunt, hæc contra nos ambæ faciunt in hoc tempore, summa gratia, & æloquentia. Quarum alteram C. Aquili vereor, alteram metuo, æloquentia Q. Hortensij ne me dicendo impediatur non nihil commoveor. Gratia Q. nevij ne P. Quintio noceat, id vero non mediocriter pertimesco. Neque hoc tantopere querendum videretur: hæc summa in illis esse, si in nobis essent saltem mediocria. Verum ita se res habet, ut ego, qui nec usu ætatis, & ingenio parum possum, cum patrono disertissimo comparer. P. Quintius cui tenues opes: nullæ facultates: exiguæ amicorum copiæ sunt, cum adversario gratiosissimo contendat. Verum  
si



si humiles , & abiecti fuerint , in  
contemptionem pertrahemus. Si tur-  
pes , & nocentes , in odium. Tam est  
hoc frequenter usurpatum à Tullio,  
ut exemplis comprobari non sit ne-  
cesse. A persona auditorum benevo-  
lentiam conciliabimus , si res eorum  
sine assentationis suspitione laudave-  
rimus. Hic profuerit mores , & in-  
genia eorum , apud quos dicimus  
novisse. Quid ego sanctissimi Pauli  
non afferam exemplum , perfectum  
arte , & consummatum eloquentia , ex  
sua illa apud regem Agrippam defen-  
sione , quam æternis litterarum mo-  
numentis divus Lucas consecravit?  
Tunc Paulus ( inquit ) extenta ma-  
nu cœpit rationem reddere. De om-  
nibus quibus accusor à Iudæis Rex  
Agrippa , existimo me beatum apud

te cum sim defensusurus me hodie. Maxime te sciente omnia, quæ apud Iudæos sunt, consuetudines, & quaestiones. Propter quod obsecro, patienter me audias. Haud disparem principij rationem eius adversarius Tertullus, coram Fœlice præside inivit, quamquam non simili orationis gravitate, & prudentia. Ab ipsa te benevolentiam eliciemus si aut honestatem nostræ causæ extollemus, aut adversariorum turpitudinem causæ deprimemus. Cæterum illud optimum exordium est, quod, è media causa sumptum est, & argumeto propius accedit. Præterea attentos auditores fieri licet: si dixerimus, aut magna esse, aut inusitata, inaudita, & nova, de quibus sumus verba facturi, aut si ad Religionem Remp. &

qui

qui audiunt, pertinere ostenderimus, & si postremo rogabimus, ut attente audiant. Est apud Cicero. cum multis in locis, tum quidem in oratione pro. C. Rabirio pars exordij hoc pacto elaborata. Sic enim existimare debetis Quirites. Post hominum memoriam rem nullam maiorem, magis periculosam magis ab omnibus vobis providendam, neque à Tribuno plebis susceptam, neque à consule defensam, neque ad populum Ro. esse delatam. Agitur enim nihil aliud in hac causa Quirites, quam ut nullum sit post hac in Rep. publicum consilium, nulla bonorum consensus contra improborum furorem, & audaciam, nullum extremis Reip. temporibus perfugium, & præsidium salutis Reip. Dociles efficiemus eisdem  
uti-

utique modis, quibus attentos, & si summam causæ breviter exposuerimus. Nec video huius rei pulchrius exemplum posse inveniri, quam pro Aulo Cluentio ubi in ipso statim primo causæ ingressu summa totius negotij explicatur. Ut Anirnadverti Iudices omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes, quarum altera mihi niti, & magnopere confidere videbatur, invidia iam inveterata iudicij Iuniani, altera tantum modo consuetudinis causa timide, & diffidenter attingere rationem beneficij eriminis, qua dere, lege est hæc questio constituta. Exordiorum loci communes sunt iudicialibus, & deliberativis orationibus.

## DE INSINUATIONE

## CAPUT VI.

**T**RIA tempora constituerunt summi eloquentiæ præceptores, quum insinuatione utendum esset: vel cum causa nostra videretur esse turpis. Vel cum auditores essent prava aliqua opinione corrupti, aut ab adversarijs nostris persuasi. Vel cum iam audiendo de fatigati essent, nollentque adesse animis. Huic partitioni respondent differentes suasionis loci. Nam cum causa nostra quacumque de re putabitur turpis, confugiendum erit ad hos quatuor locos, Rem pro re, Hominem pro homine, Rem pro homine, Hominem pro re.

Pri-

Primum. Res pro re interponetur, quum illustreis aliqua, & præclara pro turpi, & in honesta, cuius accusamur, à nobis allegabitur. Ut mihi quidem fecisse videtur Manlius Capitolinus apud Livium: qui cum odio, & invidia affectati regni opprimeretur, contra oponebat ipse, servatum à se capitolum, liberatamque ab hostibus sua virtute Remp. Homo ponetur pro homine, quum honestus aliquis, & popularis, pro improbo, & invidioso obtenditur, ut Turnus apud Verg. quum humi prostratus esset ab Ænea, videretque enses admotum ingulo, personam patris sui Dauni protulit, cuius gratia veniam impetraret.

*Utere sorte tua, sed Dauni miserere senectæ.*

Res pro homine producitur  
S quum

quum nobilitas facti tegit villitatem personæ, ut quum Leno Tyrannum occidit, & petit præmium, factum oportere spectari inquit, non personam. Homo pro re substituitur, quum crimem condonatur propter personæ excellentiam. Ut si vir aliquis nomine sapientiæ clarus, utilisque propter litterarum ornamenta Reip. aliquid turpiter, invidioseque peccaverit, non rem pendendam dicet, sed artes, disciplinasque, quas habeat patriæ utiles, totique Reip. salutiferas intuendas esse. Cæteris temporibus nihil ego potentius invenio, quam ridiculo aliquo totam solvere, dissipareque auditorum persuasionem, quam adversarij infixam in animis reliquerunt. Quid quod excitantur auditores etiam ad audiendum at-

ten:

tentius ( Hac quidem arte singulari  
usus est Cicero in eleganti illa oratio-  
ne pro Murena ubi cum authoritate  
M. Catonis valde opprimeretur , vi-  
deretque ea parte vehementer labora-  
re causam suam , nihil prius , poten-  
tiusque habuit vir acutissimis , quam  
effuse , immoderateque excitato risu,  
persuafos auditores eludere. Atque  
ita facete iocatus est in stoicos, dum il-  
lorum paradoxa narraret , ut ipsum  
etiam virum gravissimum Catonem,  
qui causæ aderat , in risum concitave-  
rit. Quibus autem modis ridicula pa-  
rentur , præscribi necessarium non  
puto , quia non tam arte , quam na-  
turæ dono constare videantur. Ipsa  
enim iocandi facultas in quo fuerit,  
copiam facetiarum dicenti suppedita-  
bit , quum res ipsa postulaverit.



QUOMODO PROPONENDA  
*sit propositio.*

CAPUT VII.

**E**Xordium continuo sequitur  
 propositio, quæ nulla in causa  
 omitti potest, ac plerumque ut sit ple-  
 nior sonus, cum amplificatione pro-  
 ponitur. Ut nullum bellum aut ma-  
 gis honestum, aut utile, aut imperio  
 tuo hoc tempore necessarium susci-  
 pere potes Carole Cæsar invictissime,  
 quam adversus crudelissimum tyran-  
 num istum Barbarossam, qui ceu im-  
 manis quædam, ac truculenta bellua  
 eorum sanguinem sitit, quos Chris-  
 tus servator noster voluntaria morte,  
 ne perirent omnes, asseruit. Hos  
 mul.

multis iam annis terrestri, navaque bello tentatos, ad impietatem Macumethicam pertrahere conatur. Nullumque iam oppidum est in florentissimis Hispaniæ Regnis, quod mare nostrum attingat: quod non sit huius sævissimi Tyranni incursione violatum, scelere direptum, perfidia, & sacrilegio devastatum. Hic mihi monendus est eloquentiæ studiosus, propositionem apud eos qui de dicendi facultate conscripserunt, trifariam accipi. Nam propositio interdum dicitur quæ statim initio totius argumenti summam complectitur. Ut cum Ovidius sic orditur.

*Si quis in hoc populo Artem non novit  
amandi,*

*Me legat, & lecto carmine, doctus  
amet.*

Hanc quidem vocant expositionem, quæ unica esse potest. Interdum declarat partes præcipuas argumenti, in qua si ponatur unica, iam non est divisio. Nonnunquam propositio dicitur cuiuslibet argumentationis initium, quæ cum unius argumentationis propria existit, non potest, non esse particularis. Singulisque argumentationibus propriè adhibetur: Differt autem hæc ab illa generali, quod illa totam causam complectitur, hæc vero unicam rationem continet, sub servitque illius probationi. Particularis propositio post argumentationem repetita, dicitur conclusio, sive collectio. Porro autem si proponatur dubia, & cum interrogatione, quæstio est. Sed ut iuvenimus hac etiam in parte huius artis

sta-

studiosos , non equidem gravabor, pauca quædam de ordine, & colloca-  
tione propositionum, hic etiam tra-  
dere. Est hoc summopere indispo-  
nendis propositionibus advertendum:  
alias esse propositiones, quæ prima-  
rie dicuntur, aliæ quæ secundariæ  
compellantur. Illæ principales sunt.  
Hæc per fictionem assumuntur, ut  
primarias iuvent. Sic verbi causa  
principalis propositio: Iure Clodium  
occidit Millo, quia per insidias ado-  
rientem interfecit. Subsidiaria sit, quo-  
cunque modo occidisset pestilentissi-  
mum civem, honorem merebatur  
virtus, non pœnam. Huic proposi-  
tioni, quia non erat tutum inniti,  
reditur ad alteram. Non occidit per  
insidias, sed insidiantem. Huis dein-  
de generis est, cum fictione per gra-

dum, aut plures gradus, ad caput  
causæ pervenitur. Ut si quis velit Ger-  
maniae Principes parum audientes Cæ-  
sar̄is invictissimi Imperatoris dicto,  
ad obedientiam exhortari, sic ille  
proponet ex arte dicendi. Et si Impe-  
rator improbus, moribus, & impie-  
tate barbarus vobis contigisset, ta-  
men scriptura damnat rebellionem.  
Nunc vero cum habeamus Imperato-  
rem Christianum, prudentem, &  
Reip. non amantissimum modo, sed  
etiam amplificatorem, cogitate ipsi,  
quantum scelus, & flagitium sit, illi  
non obedire. Hic unicus tantum est  
gradus: poterant esse plures, quos ad  
causam subinde respicientes, exiguo  
negotio poterimus confingere. Sed  
ita fieri oportet, ut alius excipiat  
alium, quo usque tandem ad prima-  
riam

riam propositionem, veniamus, quæ  
raput causæ est. Itaque magni inter-  
est identidem perspicere, quæ sint  
in tota causa præcipua, quibus ani-  
madversis, superest contemplari,  
quis sit ordo partium commodissi-  
mus. Erit autem commodissimos,  
quando prior pars, quasi gradum  
præbeat sequenti, præparans audi-  
torum animos ad facilius creden-  
dum ea quæ sequuntur. Exemplum  
extat Cicer. Pro. L. Manilia, huic rei  
appositum. Primum mihi videtur  
(inquit) de genere belli dicendum.  
Deinde de magnitudine, Postremo  
de Imperatore eligendo. Iam vero,  
& illud meminisse oportebit, durius-  
culas propositiones, & quæ specie  
absurdæ videntur premoliri debere,  
præfaciunculisque anteverti. Orabi-  
mus

mus auditores , ne proutinus primæ fronti assentiantur. Sed propius oculos admoveant , nam usu venire in argumentis dicemus , quod in rebus externis accidit , quæ eminus conspectæ , multo aliud præferunt , quam revera sunt.

## DE LOCIS CONFIRMATIONIS

### CAPUT VIII.

**I**N primis loci vocabulum quadri-  
fariam accipitur , primo modo  
loci sunt communes : quia ab utra-  
que parte tractantur. Licet non in  
eadem causa. Veluti qui testimonijs  
gravatur , suadet non esse fidendum  
testimonijs. Contrà , qui iuvatur , di-  
cit pro testimonijs. Quod pro L. Fla-  
co Ciceronem fecisse legimus. Huic

generi finitimæ sunt sententiæ, quas  
velunt extra causam exaggeramus. Sed  
ita ut causæ, quam agimus, serviant.  
Cuius modi sunt, amplificationes vir-  
tutum, & exaggerationes vitiorum, de  
quibus postea dicemus. Tertio sensu  
loci dicuntur generales, qui declarant,  
quid unicuique re iaccidda, & quem-  
admodum è singulis ut argumenta,  
partim necessaria, partim verif-  
similia. Hi sunt oratoribus cum dia-  
lecticis communes, de quibus mult  
scripserunt. Sed omnium accuratiss-  
sime, Rodolphus Agricola. Postre-  
mo loci dicuntur, sedes argumeto-  
rum, quas rhetores ad singula cau-  
sarum genera accomdarunt, velut  
in demonstrativo bona animi, bona  
corporis, & fortunæ. In deliberati-  
vo, honestum, utile, iocundum, fa-  
cile,



cile, possibile, necessarium. Quamquam sunt non parum multi, qui tres locos tantum connumerent, honestum, utile, facile, in quibus (aiunt) se comprehendere etiam necessarium, & possibile, qui ideo prætermittuntur in vulgaribus præceptis, quia non indigent monitore. Nam impossibilia non veniunt in deliberationem. Necessitas autem non solum dubitantes hortatur, sed cogit etiam invitos. Verum quia hi duo loci interdum non conspiciuntur ab omnibus, admonendi sunt iuvenes, ut in deliberationibus etiam proponant, dicendo quæ illustrent. Ut si quis de studio litterarum parat dicere, non hic tantum ostensurus est, quam sint honesta, & utilia, sed necessaria quoque addet, his præsertim temporibus, cum sine  
doc.

doctrinæ studijs nequut bene conti-  
neri Resp. cultusque Religionis, sine  
exacta litterarum, cognitione brevi-  
ter aboleri necesse sit. Hæc necessi-  
tas quia non intelligitur ab omnibus,  
oratione patefacienda est. Sub ho-  
nesti genere multa comprehendun-  
tur, qualia sunt fas, pium, iustum,  
æquum, magnanimum, mansuetum,  
breviter omnes virtutis species, qui-  
bus etiam adnumeramus Pontifi-  
cum, ac Cæsarum leges, & decreta,  
consuetudinis auctoritatem, dicta  
item, factaque hominum, quæ anti-  
qua Religione oraculorum instar ha-  
bent. In utilitate sunt, quæ aut in  
parandis commodis, aut depellendis  
incommodis sita sunt. Ut divitiæ, ho-  
nores, amicitia, ocium, tranquili-  
tas. Tutum, his quoque adiungitur,  
quod

quod consistit intuenda incolumitate  
sui, ac suorum, ut vitæ, ac valetudi-  
nis. Ab honestis sæpè deterrēt molestia,  
afficit iocunditas, quo fit, ut  
propriū locum faciamus iocundum.  
Necessarium bifariam accipitur: par-  
tim ex conditione: pro eo quod sim-  
pliciter vitari non potest, quo etiam  
possibile pertineat. Nam licet quod  
nullo modo fieri potest, non cadit in  
genus suavorium, tamen in primis  
spectandum, an hoc de quo delibe-  
ratur possit fieri. Partim quædam vi-  
dentur impossibilia, quæ non sunt,  
ut multa quæ ex conditione impossi-  
bilia sunt. Præterea advertendum est,  
non omnes honestatis locos æquales  
esse, sicut ne utilitatis quidem. In  
honesto potissima esse convenit, quæ  
ad Deum pertinent, huius generis  
sunt,


sunt, pietas, ardor rerum supernarum, & adoratio illius omnipotentis naturæ. Secundum locum obtinent, quæ ad homines, ut Charitas, Iusticia, Liberalitas, & quæ per se expectantur, hinc quæ ad paucos, aut unum aliquem pertinent, fortitudo, temperantia, modestia, pudor. Post hæc dona naturæ, ut acumen ingenij, iudicium, & quæ nostra industria paravimus, aut fortuna obvenetunt, ut eruditio, dignitas, honor, laus, gloria, gratitudo, authoritas, potentia, claritas generis. Quæ si ultro contigerunt, & moderate utaris in aliorum utilitatem, pulchræ res, & magnificæ sunt: si ineptis vero, & ridiculis artibus quæsieris, quemadmodum sunt qui saltu, qui cursu, qui fusa pilæ, magnam sibi apud vulgus laudem,

dem , & admirationem parant, quod si in aliorum damnum habeas, noxiæ res sunt, ac detestandæ. In utilitate illa sunt præcipua, quæ ad tuendam vitam reperta, non solum in præsens comparantur, sed in posterum quoque profunt. Sicut agri, possessiones, firmum ædificium, pocula argentea, & aurea, quæ subvenire poterunt in necessitate possidenti: denique fructuosa omnia, & tuta, quæque ad delicias, & voluptates per omnes sensus sunt comparata, quorum sunt optima, quæ maxime honesta, & diuturna. Quæ cum fructu quoque coniuncta sunt, ut amænitas hortorum, pratorum, pascuorum, pecorum. Sed ea unicuique gratissima, ad quæ fertur propensione naturæ. Postrema sunt speciosa, & magnifica,  
ut

ut in publicis ædificijs , præciosis ves-  
tibus , apparatis convivijs , spectacu-  
lis , largitionibus. Ex quibus illa pri-  
mum laudantur , quæ ad honestatem  
vergunt , ut in templis valetudinarijs,  
& quæ his similia sunt. Hæc est ma-  
teria , & seminarium universæ inven-  
tionis , unde orator argumenta du-  
cat , quibus suasorias causas confir-  
met. Quod non indifferenter faciet,  
nam ubi auditores fuerint eruditione,  
& ingenio præstantes , plurimus erit  
illi sermo de honesto , & bono. Si  
vero rudes indoctique existimantur,  
in utilitate diutius immorabitur. Mul-  
ta unus Livius historicus exempla ab-  
solutæ eloquentiæ nobis reliquit, quo-  
rum aliquot hic explicarem nisi lon-  
giore commentatione molestum me  
fore putarem , sed ut obiter pauca

perstringam, monere quidem non desistam, ut eloquentiæ candidati semel, atque iterum legant Camilli orationem apud Livium, ubi perpetuo loco pugnat ab honesto, cum nunquam discedat à Religione sacrificiorum, cæremoniarum, templorum oraculorum, Deorum immortalium, quo uno copiose pertractato, evicit Romanos homines natura prudentes, quo minus relicta Roma migrarent Veios. In oratione rursus ad Saguntinos à necessitatis loco conatus est Alorcus Hispanus ad deditionem compellere Saguntinos, quum urbem iam magna ex parte diruptam illis opponeret, ex qua accepta pacis conditione, inermes cum binis vestimentis exire præstaret, quam trucidari illorum corpora, rapi, trahique ante ora

ora coniuges , ac liberos. Iam vero Appius Claudius ab utili , & necessario magnaque etiam parte ab honesto contendit , non convenire Romanum Exercitum etiam , per hiemem ab duci à Velijs , sed stipendijs retinendos esse milites , sub pellibus , donec civitas caperetur. In reliquis Livij orationibus multum etiam se profert , atque ostentat eloquentia , expositosque habet artis locos vel mediocriter eruditus.





*DE LOCIS COMMUNIBUS.*

## CAPUT IX.

**H**abet præterea opere prætij quam plurimum: non ignorare, quanta vis eloquentiæ lateat in locis communibus, quorum usum, & rationem per paucos authores attingisse video, & si innumerabiles extiterint, qui, & nostra, & patrum, avorumque memoria de arte dicendi præcepta tradiderint. Ego quidem sic statuo pauperem futurum oratorem, dicendique facultatibus, & opibus semper destitutum, qui domi paratam non habuerit ex longo usu, & tempore divitem quandam, perinde atque ornatam, splendidamque locorum

corum communium suppellectilem. Locos communes appello sententias frequenter incidentes, quæ si per amplificationem adhibeantur, adjuvant ad persuadendum, id quod destinavimus. Sed ut à diffinitione nostra profisciscatur commentatio: **L**ocus communis est oratio amplificatoria bonorum aut malorum existentium alicui rei, aut personæ. Exageramus autem has sententias extra causam, sed ita ut quam agimus causæ serviant. Veluti cum accusamus aliquem, quod per improbos convictores pertractus sit ad sceleris consortium. **L**ocus communis est verbis exaggerare, quantum habeat momenti ad innocentiam tuendam cum bonis versari. E diverso quantam perniciem moribus afferat improborum

consuetudo. Porro hi loci quatuor modis tractantur. Primum ab omnium virtutum, vitiorumque generibus, ac partibus duci poterunt. Partes appello species in quas virtutis genus distribuitur. Ut iustitia genus est, cui subsunt variæ partes. Non unquam genus generi, aut species speciei adminiculatur. Prioris exemplum erit. Velut si quem principem de clementia, & humanitate laudes. Per locum communem amplificabis, quanta virtus sit clementia. Rursum si quem de pudicitia laudamus, exaggerandum erit, quanta virtus sit pudicitia, posterioris hoc. Pudicitiam alit vitæ frugalitas, corrumpit luxus, id circo ad castitatem adhortanti, profuerit amplificare virtutem frugalitatis, & pernitiem luxus.

Huic

Huic proximus locus est, cum contraria contrarijs admotis, magis illustramus. Sic scientiæ commoda per ignorantia incommoda amplificantur, & virtutum omnium pulchritudo, per vitiorum oppositam foeditatem. Deinde à sententijs hinc derivatis, quod genus sunt. Nemo læditur nisi à se ipso. Et gravius læditur, qui iniuriam facit, quam qui patitur. Et fortior est qui negligit illatam iniuriam, quam qui infert. Nulla speciosior victoria, quam si quis impetret affectibus. Iram vincere speciosius est, quam urbem capere. Nullum certius generosæ mentis argumentum, quam iniuriam negligere. Profuert hic non parum, in promptu, ac velut in numerato habere aliquot illustrium virorum sententias, quæ

præter authoritatem , ornatus gratiam orationi afferunt. Quartum genus est , quod sumitur à communitate , hoc est ab his quæ vulgo dicuntur , aut quæ accidunt , præsertim insignia. Nam quædam , & dicuntur , & accidunt. Ut Novercas male velle privignis. Matrum indulgentia corrumpi filios. Servos hericlam obmurmurare. Ex improbis nasci improbos. Male partum , male disperire. Sat cito , sat bene , Magistratus arguit virum. Quædam dicuntur ut fiant : aut vitentur : ut nequid nimis. Nosce te ipsum , & id genus plura , quæ apud authores invenies. Illud ad extremum provideri oportet , ut eo revertamur , cum fructu loci communis : unde digressi sumus. Nam nisi ère qua de agitur , natus fuerit locus

cus communis, pertractusque deinde per amplum, spaciosumque campum ad caput quæstionis, unde excurrendi occasio fuit, tantum abest, ut laudem obtineat, ut vituperari maxime debeat. Non habeo alium, quem cum pari exempli commendatione possim proferre, quam ipsum Ciceronem, cuius orationes multis præclarisque locis communibus, & divinitus à diserto, & facundo viro pertractatis, plenæ sunt. Testis est nobis oratio pro Archia Poeta, in qua cum quæstio esset. An civis Romanus esset Archias Poeta. Hinc Cicero, cum multa litterarum ornamenta intueretur in Archia, quæ virum ipsum insigniter illustrarent, putavit plurimum causæ suæ conferre, si per locum communem de humanitatis studijs per-

trac-

tractaret. Testis etiam est oratio pro  
Cœlio adolescente, qui cum delato-  
rum Calumnijs oppressus esset, prop-  
terea, quod venenum illi objicerent  
adversarij; quod Clodiæ fœminæ per  
Licinium dare statuisset, ne mutuo  
sumptum aurum redderet, consue-  
tudinemque habuisse cum Clodia, in-  
vidiose clamarent, liberum, spatio-  
sumque hinc Cicero nactus campum,  
in locum communem de ætate ado-  
lescentiæ divertit, de qua cum aper-  
tis eloquentiæ fontibus, multa verba  
fecisset, omnem invidiam quæ adver-  
sariorum accusatione Cœlio conflata  
fuerat, magna ex parte delevit. Sed  
ad id postremo, quod videbatur esse  
tutius, confugit. Ingenuo semper  
pudore, continentiaque vixisse in  
adolescētia Cœlium. Nec illum  
etiam

etiam locum prætereundum censeo, quem eleganter copioseque tractatum pro Murena reliquit Cicero. Ubi per locum disputavit, utra ars præstantior esset, militaris, an Iuris prudentia. Qui cum pro viro militari contra iure consultum diceret, plane sententiam pronuntiavit pro arte militari, quum in libris officiorum contra fecisset. Sed sunt causæ, ut Crassus dixisse fertur, temporum, & non personarum. Quo certe fit, ut nihil ego habeam, quod debeam accusare summum oratorem, præsertim cum liceat interdum amplificatione orationis ius nostrum obtinere. Sed quid ego tam multis exemplis dilatabo hanc quæstionem de locis communibus, quum nullam putem orationem ample, copiose, ornateque constare

pos-



posse; quæ non sit his spatijs locorū , & amplitudine corroborata? Itaque iuvandi sunt hac etiam parte industria nostra ij, in quorum gratiam hæc conscribimus, simulque exhortandi, monendique videntur, ut locorum communium indices, & quam primum, & quam diligentissimè faciant, in quos pulchras, selectasque authorum sententias ordinate conferant. Sed artis quoque est, per ordinem alphabeti dictiones disponere. Nam obuiæ quæque, & quæ primum in mentem venerint, non statim erunt in ordinem redigendæ, sed quæ maxime communes, & generales fuerint, & quæ doctrinam contineant. Ut sunt nomina virtutum, vitiorum, artium, disciplinarum, officiorum. In calce huius libri exemplar proponetur,

netur, ut habeant aliquid ante oculos, ad cuius imitationem se comparant adolescentes.

DE EPILOGO.

CAPUT X.

Ventum est ad potissimam orationis partem, in qua Cicero confitetur se multum excelluisse. Nam cum duo, aut tres oratores causam unam defensuri essent, hanc postremam partem Ciceroni semper relinquebant, quod plurimum posset, polleretque affectibus. De peroratione itaque pauca nobis disserenda sunt. Hæc excellentium virorum autoritate in suasorijs orationibus exhortatione conficitur, quæ affectibus constat.

Hos

Hos ut cætera omnia, quæ ad eloquentiam pertinent, multo perfectius imitatio, quam ars dabit. Proinde evoluendi erunt authores: qui affectibus maxime indulserunt. Invenio equidem: qui primas in movendis affectibus tribui velint Livio Historico, Statio, & Vergilio. Mihi post unum Ciceronem placet, cum viro docto Macrobio stare à Vergilio, cuius eloquentia in carmine plane divina fuit, non anteponenda in suo genere exuberantibus Ciceronis fluminibus. Et nescio si iureiurando astrictus essem, utrum virum alteri in eloquentia prætulerim. Sed dum oratorem profitemur, oratorem principem defendamus. Interim tamen impetrata venia ex Vergilio affectus duce-  
mus, quos Macrobius diligentissimè

collegit. Quod eo studiosius profecto facimus, quod indubie puremus locum illum, tam divitem, & copiosum haustum fuisse à Macrobio è libris quos de rethorica scripsit Plinius Maior. Nam Macrobio mos est, cum nihil afferat ex sese, tamen miro studio celare authores, constat illum (ut refert Erasmus) multa ad verbum decerpisse ex noctibus Atticis A. Gellij, sed citra authoris nomen, ut omnia. Primum omnium Pathos, sive affectus movetur ab ætate, ut pueritia, adolescentia, iuventa, senectæ. Idque varijs multisque locis apud Vergilium.

Ab infantia. Ut 6. Æneidos.

*Infantumque animæ flentes in limine primo.*

A pueritia. primo Æneidos.

*In-*

*Infelix puer, atque impar congressus  
Achili.*

Et secundo *Æneid.*

*Super est coniux ne Cræusa, Ascaniusque  
puer?*

Et rursus secundo *Æneid.*

*Parvi casus Iuli.*

A iuventa sexto *Æneid.*

*Impositique rogis iuvenes ante ora  
parentum.*

Et duodecimo *Æneid.*

*Pubentesque genæ iuvenili in  
corpore.*

A senecta 12. *Æneidos.*

*Dauni miserere senecta.*

Et undecimo *Æneid.*

*Ducitur infelix ævo confectus  
Alethes.*

Et duodecimo *Æneid.*

*Canitiem multo deformat pulvere.*

Movet præterea à fortuna , modo quidem misericordiam , modo indignationem.

Ut secundo Æneidos.

Tot quondam populis , terrisque superbum

Regnatorem Asiae.

Et rursus secundo.

Et nos aliquod nomenque decusque gessimus:

Et Ausoniisque olim ditissimus arvie.

Indignationem vero movet ex verbis Didonis.

Quarto Æneidos.

Et nostris illuserit advena Regnis?

Eleganter enim ex contemptu Aeneæ auget iniuriam suam , Tantundem est quod.

Septimo Æneidos.

Amata regis latini uxor in Troianos dixit.

*Exulibus ne datur ducenda Lavinia  
Teucris?*

Insuper octavo *Æneid.* Per contemptum illud dicitur.

*Bis capti Phryges.*

Porro moventur affectus à debilitate.

Ut decimo *Æneidos.*

*Ex quo medium pater atque hominum*

*Rex*

*Fulminis afflavit ventis, & contingit  
igne.*

Tum sexto *Æneidos.*

*Et truncas inhonesto vulnere nares.*

Et Decimo de Mezentio.

*Attolit in ægrum se femur.*

Et Duodecimo.

*Huc caput, atque illuc humero ex  
utroque pependit.*

Movet misericordiam frequenter à

loco.

Ut

Ut tertio Æneidos.

Cum vitam in sylvis inter desertam  
ferarum

Lustra, domosque traho.

Et primo Æneidos.

Lybiae deserta peragro.

Et prima Egloga.

At nos hinc alij sitientes ibimus Afros.

Pars Scythiam, & rapidum Cretæ.

veniemus Oaxem.

Et illud egregie, & breviter primo  
Æneidos.

Ter circum Illiacos raptaverat Hectora  
muros.

Id est patriæ muros quos ipse de-  
fenderat, pro quibus strenue per de-  
cem annorum spacia pugnasset.

Et prima Egloga.

Nos patriam fugimus.

Et tertio Æneidos.



*Littora cum patriæ lacrimas, portusque  
reliquo.*

Et decimo *Æneidos.*

*Et dulces moriens reminiscitur Argos.*

*Et ignarum laurus habet ora Minanta*

Porro sacer locus præcipue movet  
affectus, nam Vergilius occisum in-  
ducit Orpheum, & miserabiliorem in-  
teritum eius à loco facit ut.

*Inter sacra Deum nocturnique Orgia  
Bachi.*

Et secundo *Æneidos* in everfione

*Troia.*

*Perque domos, & Religiosa deorum  
limina.*

Casandræ quoque raptum misera-  
bilem facit sacer locus.

Ut secundo *Æneidos.*

*Ecce trahatur à Templo adisque  
Minervæ.*

Et eodem libro.

*Divæ omnipotentis ad aram procubuit.*

Et Andromache cum de Pirrhi ne-  
ce diceret, ut invidiam occidentis ex-  
primeret.

Tertio *Æneidos.*

*Excipit incautum patriæque obtruncat  
ad aras.*

Et tertio *Æneidos.*

Venus queritur invidiose de loco  
apud Neptunum, quod *Æneas* in ma-  
ri vexaretur ira *Iunonis*.

*In Regnis inquit hoc ausa tuis?*

Rursus ex tempore sæpè movet  
affectus.

Ut primo *Æneidos.*

*Priusquam.*

*Pabula gustassent Troiæ Xantumque  
bibissent.*

*Et Palinurus quinto Æneidos.*

*Vix lumine quarto prospexi Italiam;*

Et tertio libr. Achimenes,

*Tertia iam lunæ se cornua lumine  
complent.*

Est frequens apud Vergilium affectus à causa.

Ut septimo *Æneidos.*

*Occiditur in acie Galeus.*

Hoc perse non est dignum misericordia, sed admovit causam.

*Dum paci medium se offert.*

Idem secundo libr.

*Sternitur infelix.*

Deinde subijcit causam miserabilem.

*Alieno vulnere.*

Id est cum telum in alium esset emissum.

Ex eodem genere est illud decimo libro.

*Fallit te incautum pietas tua.*

Hæc enim causa hostibus illum miserabilem etiam sic fecit. Sed Æneas cum hortatur, ut sepeliantur occisi, hanc causam proponit decimo libro.

*Qui sanguine nobis hanc patria peperere suo.*

Nec non, & indignatio demonstratur à causa, ut tertio Geor.

*Multa gemens ignominiam plagasque  
superbi* (res.

*Victoris, tum quos amisit inultus amor.*  
Et illud à causa ex affectu indignantis ex undecimo Æneidos.

*An solos tangit Atridas iste dolor?  
Solisque licet capere arma Micenis?*

Et illud ex octavo Æneidos.

*At tu dictis Albane maneres.*

Et illa omnia quæ reperies lib. sexto Æneidos.

*Vendidit hic auro patriam.*

Ad movendos affectus adhiberi etiam solent à Rhetoribus loci à modo, & materia, quos non prætermisit Vergilius. Modus est, cum dico occidit manifeste, vel occulte. Materia est, cum dico ferro, an veneno. Demosthenes invidiam Mediæ fecit, cum objiceret se pulsatum ab illo cothurno, Cicero Verri, cum nudum quendam dicit ab eo statuæ fuisse impositum. Et multis locis Vergilius evidenter, quemadmodum.

Secundo *Æneidos*.

*Altaria ad ipsa trementem (nati;*

*Traxit, & in multo Lapsantē sanguine*

*Et Capulo tenuis abdidit enssem.*

Et illa omnia à modo sunt ex sexto *Æneidos*.

*Rostroque immanis vultur adunco*

*Ime*

*Immortale iecur tondens,*

*Et quos super atra flix iam iam  
lapsura cadenti*

*Imminet assimilis.*

Sed, & miam à modo sæpè com-  
mouet ut.

*Obruens Auster aqua*

*Involvens navemque, virosque.*

Et illud ex sexto *Æneidos.*

*Saxum ingens voluunt alij.*

Et octavo *Æneidos.*

*Mortua quin etiam iungebant corpora  
vivi.*

Sed materia quoque apud Rhe-  
tores affectus movet, ut dum queri-  
tur flammam ex lignis viridibus fac-  
tam, atque ibi inclusum fumo neca-  
tum. Hoc enim à materia est, quo-  
niam hic usus est fumo materia ad oc-  
cidendum, ut *alij, Gladio, alij*

veneno. Et ideo accerrimus affectus  
ex hoc motus est. Idem facit, & cum  
flagelis cæsum queritur civem Ro-  
manum. Invenies hoc ipsum apud  
Vergilium,

*At pater omnipotens densa inter nubila  
telam*

*Contorsit, non ille faces, & fumea  
tædis.*

Et reliqua ex sexto *Æneid*. Ele-  
ganter quidem illius materiam illustrat.  
Ex huius autem vera, & vehementi  
materia; expressit iracundiam, Tacite  
quoque, & quasi per definitionem  
pathos movere solet, cum quæ res mi-  
serationem excitat, non dilucide di-  
citur, sed datur intelligi, ut cum Me-  
zentius dicit.

Decimo *Æneidos*.

*Nunc alte vulnus ad actum.*

Quid

Quid enim aliud ex hoc intelligendum est, quam hoc altum vulnus esse, amittere filium. Sunt præterea apud Rhetores ad concitandos affectus etiam hi loci, qui dicuntur circa rem ut, a simili, à maiori, à minori. Similis species sunt tres exemplum, Parabola, Imago, primum ab exemplo Vergilius.

Sexto Æneidos.

*Si potuit manes accersere coniugis  
Orpheus,*

*Threicia fretus cithara, (mit,  
Si fratrem Pollux alterna morte rede-  
Quid Thesea, qui magnum memorem  
Alcidem?*

Et primo Æneidos. (vis.

*Antenor potuit medijs elapsus Achi-*

*Hæc quidem omnia misericor-*  
*diam movent, quoniam indignum*

vi-



videtur negari sibi, quod alijs indul-  
tum est. Deinde vide obsecro, unde  
sugcat invidiam.

Si potuit manes accersere coniugis  
Orpheus.

Habes causam disparem. Manes  
Illic coniugis, Hic: patris Anchisæ. Illic  
accersere: Hic tantum videre. Nam  
quod addit.

*Threicia fretus cithara.*

*Irrisio est illius misericordiæ.*

*Insuper.*

(mit,

*Si fratrem Pollux alterna morte rede-  
Itque, redditque viam toties.*

Hic à modo affectum movit, nam  
plus est sæpè ire quam semel.

*Præterea.*

*Quid Thesea magnum, quid memorem  
Alcidem.*

Hic propter tres excellentes per-  
sonas

sonas non habuit quid imminueret,  
vel quid augeret: verum quod illis li-  
cebat, hoc sibi existimat debere esse  
commune. Simile est illud Iunonis ab  
indignatione.

Primo Æneidos.

*Pallax ne exurere classem Argivum;*  
*Ec.*

Iam hoc plus est classem victricem,  
quam reliquias fugientium perdere:  
deinde causam minuit.

*Unius ob noxam, & furias Aiakis*  
*olei.*

Nam primum, Noxa levis est cul-  
pa, & unius deinceps. Quæ facile pos-  
set ignosci. Et postremo furentis ne  
culpa sit. Rursus

Septimo Æneidos.

*Mars perdere gentem immanem*  
*Lapithum valuit.*

Vides iterum easdem observa-  
 tiones Lapithum, & immanem, Pa-  
 rabola autem, quoniam magis Poe-  
 tæ convenit, sæpissimè Pathos mo-  
 vet, cum aut miserabilem, aut ira-  
 cundum aliquem inducit. Miserabi-  
 lem sic.

Quarto Georg.

*Qualis populeæ inherens Philomena sub  
 umbra.*

*Et qualem virgineo demessum pollice  
 florem.*

Et aliæ plurimæ Patheticæ, quas  
 prudens omitto. Iram etiam Parabola  
 movet.

Ex octavo libro.

*Ac veluti pleno lupo insidiatus ovili,  
 Dum fremit ad caulas.*

Etiam Imago idonea est moven-  
 dis affectibus, fit autem vel cum ab-  
 sen-

sentis corporis forma describitur, vel  
cum absentis corporis forma describi-  
tur, vel quæ omnino nulla est, fingi-  
tur, utrumque Vergilius eleganter  
fecit. Illud prius circa Ascanium.

Tertio Æneidos.

O mihi sola mei super Astianactis  
imago!

Sic oculos : sic ille manus : sic ora  
ferebat.

Fingit etiam cum dicit octava  
Eglo. quam famam secuta est.

Candida succintam latrantibus inguina  
monstris.

Et octavo lib.

Scisa gaudens vadit Discordia Palla.

Quam cum sanguineo sequitur Bellona  
flagello.

A minori movetur affectus qui  
sane locus sic à Principe Poeta tracta-  
tur

tur , ut aliquid proponat imprimis; quod per se magnum sit. Deinde minus ostenditur, quam illud quod volumus augeri. Ex hoc loco infinita miseratio movetur:

Ut est illud tertio *Æneid.*

*O fœlix una ante alias Priameia  
Virgo!*

*Hostilem ad tumulum Troiæ sub  
manibus altis iussa mori.*

Primum, quod ait fœlix, comparisonem sui fecit. Deinde posuit à loco, hostilem ad tumulum, & à modo denique, quod non minus acerbum est. Iussa mori, sic ergo hæc intelligenda sunt. Quamvis hostilem ad tumulum, quamvis iussa mori. Fœlicior tamen fuit virgo illa Casandra Priami filia: quam ego, quia sortitus non pertulit ullos.

Simile est illud primi libri.

*Uterque quaterque beati.*

Et tertio *Æneid.*

*Nec vates Helenus cum multa  
horrenda moneret.*

*Hos mihi prædixit luctus, non dira  
Caleno.*

Quid hic intelligimus, nisi omnia, quæ passus erat, minora illis visa, quam patris mortem. A maiori negaverunt quidam rem augeri posse. Sed eleganter hoc circa Didonem Vergilius induxit quarto lib.

*Non aliter quam si inmissis ruat  
hostibus omnis.*

*Carthago, aut antiqua Tyrus.*

Dixit enim non minorem luctum fuisse ex unius morte, quam si tota urbs, quod sine dubio esset maius, ruisset. Est apud Oratores ille locus

idoneus ad movendos affectus , qui dicitur præter spem. Hunc Vergilius frequenter exercuit.

Ut in quarto Æneid.

*Hunc ego si potui tantum sperare  
dolorem.*

*Et perferre soror potero?*

Invenio tamen posse aliquem ex eo quod iam speraverit monere affectus ut Evander apud Verg.

Undecimo Æneid.

*Haud ignarus eram quantam nova  
nova gloria in armis,*

*Et perdulce decus.*

Et quoque illud ad movendos affectus potissimum , sæpè usurpatum ab oratoribus , frequentatum à Vergilio cum sermo disigitur, vel ad animalia , vel ad res mutas , ut cum ait Dido.



*Dul-*

*Dulces exuvia, dum facta, deusque  
sinebant.*

Et Turnus lib. 12.

*Tuque optima ferrum terra tene.*

Facit apud Oratores Pathos etiam  
ad dubitatio, est enim vel dolentis, vel  
irascens ad dubitare quid agas.

Sic Dido apud Vergilium.

*En? quid ago?*

*Rursus procos irrisa priores, experiar?*

Et lib. octavo de Niso.

*Quid faciat, qua vi iuvenem, quibus  
audeat armis eripere?*

Et Anna commovetur.

*Quid primum deserta querar? comitem  
ne sororem?*

Attestatio rei visæ movet affectus:  
exemplum est apud Vergilium unde-  
cimo lib.

*Ut moriens se suo in sanguine versat.*



Et decimo lib. inquit.

*Crudelis nati monstrantem vulnera  
cernit.*

Et octavo lib.

*Ora virum tristi pendebant pallida  
Tabo.*

Eodem Rursus libro.

*Voluitur Eurialus letho pulchrosque  
per artus*

*Id error.*

Facit hyperbole pathos, per quam  
exprimitur, vel ira, vel misericordia.  
Ira, ut cum forte dicimus, millies ille  
perire debuerat.

Et duodecimo Æneidos.

*Omnes per mortes animam fontem ipse  
dedissem.*

Miseratio cum dicit: Decima Eglo.  
*Daphni tuum penos etiam ingemuisse  
leones*

*Interitum.*

Exi

Exclamatio movet pathos, hæc  
fit interdum ex persona Poetæ, vel  
oratoris, nonnunquam ex persona  
illius, quem inducit loquentem. Ex  
Poetæ persona est prima Eglog.

*Mantua ve misera, nimum vicina  
Cremonæ,* (potes.

*Infelix ut cunque ferent ea fata ne-*  
Ex persona vero alterius.

Secundo *Æneido.*

*Dij talia Grais: instaurate pio si penas  
ore reposco.*

Et tertio libr.

*Dij talem terris avertite pestem:*

Et octavo libr.

*Dij capiti ipsius generique reservent.*

Contraria huic figuræ est Aposio-  
pesis, quod est taciurnitas. Nam  
ut illic aliqua exclamando dicimus,  
ita hic aliqua tacendo subducimus,

quæ tamen intelligere possit auditor;  
Hoc præcipue irascentibus convenit.

Ut Neptunus primo lib. *Æneid.*

*Quos ego: sed motos præstat componere  
fluctus.*

Et miseratio ex hac figura iniecta  
est.

Secundo lib. à Synone,

*Donec Calchante ministro,*

*Sed quid ego, hæc autem nequicquam  
ingrata revolve?*

Nascitur quoque pathos ex repetitione quum sententiæ ab eisdem nominibus incipiunt.

Hinc Vergilius quarto Georg.

*Euridicem vox ipsa, & frigida lingua*

*Ab miseram Euridicem, anima  
fugiente vocabat.*

*Euridicem toto ferebant flumine ripæ;*

*Et illud quoque.*

*Te dulcis coniux, te solo in litore  
secum,*

*Te veniente die, te decedente canebat.*

Obiurgatio habet pathos, cum  
obiecta eisdem verbis refutamus, ut  
Vergilius.

*Æneas ignarus abest, ignarus, &  
absit.*

Hi sunt præcipui fontes unde du-  
cuntur affectus, nec omnes tamen  
quos Macrobius, aut à Plinio trans-  
cripsit, aut ipse ex Vergilio collegit,  
persecuti sumus, atque horum mul-  
tas etiam authoritates reliquimus ne  
in re non necessaria onerarem lec-  
tores, arbitrati sane, unam, aut al-  
teram, quæ in singulos locos adduce-  
rentur, posse sufficere. Sed huius  
mei consilij, siue voluntatis ducendi  
ex Vergilio affectuum locos qui adis-

centibus ad imitationem proponenda-  
rentur, ac non ex alio quopiam au-  
thore, iterum ratio reddenda mihi  
est. Nam præter quam quod in ea  
semper fuerim sententia, neminem  
unum sive Romæ olim, sive Athenis  
fuisse, cui in eloquentia Vergilius iu-  
re debuisset palmam cedere. Ea etiam  
me vehementer impulit causa, quod  
adolescentes, qui è grammaticorum  
scolis, in Rethorum gymnasia ve-  
niunt, in Vergilij lectione omnes  
versati sunt, vel ex Fabij Quintiliani  
præcepto rectiusque artis præcepta in  
eo perspicient authore, quem, & me-  
moria plerique tenent, & à præcep-  
toribus sæpissimè interpretari audie-  
runt. Sed prius quam modus sit, duo  
mihi monenda sunt. Alterum qui-  
dem: ut qui cupiunt afficere alios,  
ipsi

ipsi prius afficiantur, quod sane obtinebunt, si alta contemplatione circa res de quibus dicturi fuerint, rapiantur. Alterum vero, ut totos in hac parte profundant affectus, quibus paululum immorentur. Nam ut dixit Cicero, nihil citius lachrima arefcit. Et nemo quidem potest diu sustinere dolorem. Meminerit etiam, cum vel magnitudo rei, vel atrocitas facti postulaverit perfictionem dare vocem mortuis, & rebus mutis, quemadmodum Cicero contra Carilinam, querentem, obiurgantemque patriam excitavit, & contra Clodiam Appium illum cæcum ab inferis revocavit, qui efrenatæ libidinis mulierem è familia tamen sua graviter severeque increparet. Sed hætenus de per oratione, & movendis affectibus.

QUÆ FORMA DICENDI  
generi suasorio conveniat.

## CAPUT XI.

**H**IC locus postulat, ut quæ forma dicendi orationibus deliberativis precipue conveniat, plane, breviterque dicamus, qua quidem in re peccatur à multis, nisi elocutionis præcepta exacte teneant, multo etiam usu, & imitatione confirmata. Varia tamen res est, & quæ plures pro argumento loco, tempore, personis suscipiat formas. Sed quæ usitator, frequentiorque in causas deliberativas descendit, ardens est, & concitata, ita tamen ut gravitate, sanctimonia, & modestiæ fructu non careat,

reat, quæ certe magna ex parte morata queat appellari, quæ candidos incorruptosque dicentis exprimat mores. Haud dispar fuit huic formæ oratio Ciceronis pro L. Manilia, de qua idem Cicero in perfecto oratore inquit. Fuit ornandus in Manilia Lege Pompeius, temperata oratione ornandi copiam persecuti sumus. Quasi vero diceret, nisi laudibus Cn. Pompei impediret, quæ fusam amplam, & magnificam requirebant orationem, pressiori, magisque vehementi pugnam stylo. Itaque de hac forma aperienda præcepta sunt, quæ omnia prope modum in tropis, & figuris, sita esse video. Hæ sunt in quibus vis, ardor, & celeritas esse iudicantur. Primum quidem Repetitio, per quam eadem dictio iteratur in initio. Con-  
versio,



versio, per quam in fine. Complezio per quam, & initio, & fine, ad hanc formam cum primis faciunt. Primæ exemplum sit, Hispanis victoria attribuenda est, Hispanis triumphus est decernendus. Hispanis tota huius facti gloria debetur. Alterius hoc pacto ratio exempli constabit. Sola virtus est, quæ commendat hominem, quæ nobilitat hominem, quæ beat hominem. Tertiæ illud fingamus, quid homines modestos facit? Eruditio, quid urbanos reddit? Eruditio, quid à vulgi numero eximit? Eruditio. Exclamatio movet acriores affectus, sed in loco adhibita, nam statim ab exclamatione ordiri, aut in re frigida tollere vocem, dementium est, verum ubi res magnas persuaseris, ubi iam animos au-  
 di

dicorum inflexeris, tunc locus erit  
exclamationi, quam tamen nec fre-  
quentem esse oportet, nec diutur-  
nam, neque ibi tantum exclamatione  
est, ubi auditur. O, neque satis est ad  
exclamationem figuratam, quantum  
potest inclamare! O, sed quoties im-  
potens affectus erumpit, ibi demum  
est exclamatio! Hæc nonumquam in-  
seritur per parenthesis. Velut heu  
piger, ac pudet, aut Deum immor-  
talem, quam nihil usquam tutum in  
rebus humanis! Horresco referens.  
O tempora! O mores! Et ve duritiæ  
cordis humani. Tale est illud Maro-  
nis. Quid non mortalia pectora co-  
gis auri sacra fames? Conduplicatur  
autem vehementia si accesserit Apos-  
trophe, velut in illo, quod supra  
retuli. Et interrogatio tempestive  
ad-

adhibita, multum vigoris habet, & aculeorum. In tempore autem adhibetur, ut in re perspicua, & argumentis iam evicta. Unde peculiariter convenit Epilogis, quamquam in alijs partibus reddit orationem acriorem. Eadem enim sententia per interrogationem prolata plus habet vigoris, quam simpliciter enuntiata, velut illud ex Ovidij Medza.

*Servare potui, perdere an possim rogas?*

Ardentius est quam si dixisset, si potui servare potui, & perdere. Item illud Ciceronis in Catilinam. Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? Totus quidem ille locus ardet percontatione. Nec omnis interrogatio Schema est, eo quod distinguunt quidem has voces. Ut interrogatio sit volentis dicere, & ex-

pec-

pectantis responsum. Percontatio;  
urgentis, ad quod responderi non  
possit. Membrum, & articulus fa-  
ciunt ad acrimoniam orationis, quod  
veluti crebris vulneribus feriunt ani-  
mum. Hoc autem interest, quod  
singula membra paucis verbis con-  
structionem quidem absolvunt, sen-  
tentiam non item. Articulus idem  
acrius efficit verbis, brevi respiratio-  
ne distinctis, exemplum prioris erit.  
Vide quantum infœlicitatis uno tibi  
crimine conlasti, patrimonium dis-  
sipasti, parentes in Iuctum coegisti,  
amicos alienasti, famam contaminas-  
ti, deum ad iram provocasti. Poste-  
rioris hoc proponatur exemplum:  
rem, famam, parentes, amicos, deum  
amisisti. Nec unum membrum, nec  
unus articulus facit schema. Maxime

pro-

probantur quæ tribus constant, quamquam nihil vetat, duobus uti, vel pluribus. In membris perit gratia Schematis, si sint longiora, numero enim, & brevitare commendantur. Ardentior tamen erit oratio, si primo quoque membro, aut articulo addas coniunctionem, veluti. Et patrimonium dissipasti, & parentes in lucrum coegisti, & amicos alienasti, & Deum ad iram provocasti. Item ardentius, & rem, & famam, & parentes, & Deum amisisti. In utrisque illud providendum est, ut per gradus crescat oratio. Nimirum quod gravissimum est, postremo loco dicatur, quod si non fit, erit congeries. Membris gratiam addit partium æqualitas, quæ à latinis compar appellatur, hæc tamen non digitis, sed

aurium sensu quodam diiudicanda est, nam puerile est numerare syllabas, cum pauciores, si longæ fuerint æquent numero plures. Subiectio est, qua nobis ipsis, quod ab auctoribus obijci poterat, quasi sit obiectum, respondemus, aut adversarios compellamus, ut respondeant, & quasi responderint, refellimus, aut cum quasi deliberantes, varia proponimus. Primus modus convenit argumentationi, secundus epilogo, uterque convenit inductioni, tertius aptus est ad deliberandum. Habet autem hoc Schema non nihil affinitatis cum interrogatione, cum sermocinatione, cum comparatione, & cum dubitatione, neque ad unam solum commoditatem utile est siquidem ad perspicuitatem, vehementiam, docili-

litate, & gravitatem facit. Unum docendi causa ponamus exemplum. Quæro igitur unde iste tam pecuniosus factus sit? Amplum patrimonium relictum est? At patris bona venierunt? Hereditas aliqua obvenit? Non potest dici, sed etiam à necessarijs omnibus ex heredatus est, præmium aliquod ex lite, aut iudicio caput? Non modo id non fecit, sed etiam in super grandi sponfione victus est, ergo si his rationibus locupletatus non est, sicut omnes videtis, aut isti dominascitur aurum, aut unde licitum non est, pecunias accepit. Correctio quæ verbum, aut sententiam commutat in aliud commodius, aut significantius auget orationis vehementiam. Hoc Schema inter species amplificationis à Cicerone refertur. Terentius sub

sub persona Menedemi filium unicum adolescentulum habeo, ab quid dixi habere me? Immo habui Chre-  
me. Fit interdum correctio absque verbi mutatione. Ut excanduit homo, si illum hominem appellare convenit qui mentem habet belluinam. Huic finitima est occupatio, quæ in transcurso dicit, quod se negat velle dicere, & hæc figura pertinet ad eam speciem amplificationis, quæ fit per comparisonem. Velut non id commemorabo, quam brevis, quam incerta, quot malis hæc vita sit obnoxia, quot exposita periculis, ut horum nihil sit, quid est nisi somnium, si ad illam vitam celestem comparetur. Item pudet me dicere quod istos non pudet facere. Venit ad nos Pastor, pœne dixeram depastor. Vertit



Aristotelem, ne dicam pervertit. Con-  
 duplicatio qua verbum, aut plura  
 verba iterantur, non habent locum  
 nisi cum fervet oratio, alioqui frige-  
 ret bathologia, nihil est enim vulga-  
 rius quam in dolore, vel asseveratio-  
 ne, similive affectu vis eadem dicere  
 ut Terque quaterque beatos Vergi-  
 lius dixit, quos egregie beatos voluit  
 intelligi.

Apud Terrentium in Phormio-  
 ne, Proh Deum immortalem, negat  
 Phania hanc esse sibi cognatam Demi-  
 pho? Hanc Demipho negat esse cog-  
 natam. Ab hac figura minimum ab-  
 est interpretatio, hoc tamen distat  
 quod in hac eadem iteratur sententia,  
 verbis commutatis id fit, vel in uno  
 verbo. Velut apud Ciceronem de  
Catilina abiit, excessit, erupit, eva-  
 sit.

lit. Vel in pluribus, ut non te pudet manifestæ vanitatis, non erubescis mentiri palam? Communicatio est, qua cum iudici, aut adversario veluti deliberamus, quid faciendum sit aut quid factum oportuerit. Nam id utroque valet si idem casus tibi inciderit Cedo? Quid taceres? In hoc turbulentissimo rerum statu date consilium. Quid mihi censeatis faciendum? Hic tuam appello prudentiam. An ferres hoc ab alio factum, quod tibi non vis esse impune? Hæc figura valet ad obiurgandum. Disiunctio, quæ conjunctionibus sublatis continuat orationis partes, hoc ipso facit ad sermonis acrimoniam, quod velut impetu fertur, gravitatem addit præcipienti. Ut Deum time, Regem venerare, parentibus obtempera, erga

maiores esto reverens , erga pares com-  
 mis , erga inferiores modestus , bo-  
 nos æmulare , malos tolera. Præci-  
 est , quam Cicero vocat reticentiam ,  
 cum abrupto sermone , quod retice-  
 mus , animis æstimandum , aut suspi-  
 candum relinquimus. Hac ratione  
 sæpè res fit atrocior , ut apud Terent.  
 Ego ne illam quæ illum ? Quæ me ?  
 sine modo. Ardentius est hoc , quam  
 si dixisset ego ne illam feram ? Quæ  
 illum admisit ? Quæ me exclusit sine  
 modo , comminantis est. Pronomi-  
 natio verum nomen reticet , idque  
 verbis alijs circumloquitur cum aliena  
 usurpat , vel indignationis , vel Em-  
 phaseos , vel laudis causa. Veluti si  
 quis pro Scipione dicat Carthagini  
 expugnatorem. Similiter si quis tur-  
 batores Reip. appellet Catilinam ,  
 Priu-

Principem immitem Neronem, aut Phalarim, Denominatio, & intellectio species sunt Synedoches, cum aliud ex alio intelligimus, quæ non ad ornatum modo, sed frequenter etiam ad vehementiam faciunt. Ardentius enim est si quem dicas detestissimum esse Bacho, aut veneri, quam si dicas vino, & libidini. Ita vehementius est si quem appelles Mavortium, quam bellacem. Item si quem delitijs, luxuque corruptum appelles, ventris, gulæque mancipium. Similiter acrius est si dicas, huic Mars in lingua est, & Pallas in palato, yperbole, vel ipso nomine declarat argumentum superans fidem veri, adhibetur in tempore, cum ipsa res saperat modum: veluti cum Cicero dicit, Antonium totum tribunal implevis-

se vomitu, quod fieri non potuit, sed hinc intelligimus, immensam fuisse crapulam, verum non est, quod dicitur, sed quoniam nemo fallitur, non mendatium. Fit interdum per similitudinem, ut cum dicimus nive candidior, vento instabilior, fulmine occyror, vita charior, morte tristior. Fit etiam per translationem, ut cum ardere dicimus, qui vehementer amat, volasse, qui magnopere festinavit, frendere, qui supra modum indignatur. Non numquam duplicatur Hyperbole, quum per correctionem ei quod excedit veri fidem, additur, quod magis etiam excedit. Exemplum est apud Ciceronem. Quæ Charybdis tam vorax, Charybdim dico, quæ si fuit, animal unum fuit. Oceanus medius fidius vix videtur tot

res tam dissipatas, tam distantibus locis positas, tam cito absorbere potuisse Hyperbolem habebat rapacitas hominis Charybdi collata. Huic accedit maior Hyperbole totius Oceani comparatio. Idem fit per incrementum. Veluti quum Pindarus in hymnis impetum Herculis in Meropas non igni, nec ventis, nec mari, sed fulmini similem fuisse dicit. Hic nimirum tribus gradibus increvit Hyperbole. Eadem est minuendi ratio de invalido dicimus, vix vivit: Et assem habere negatur qui supra modum pauper est. Permutatio quam alij vocant ironiam greca voce quæ latina usitator est, hac utimur cum vel irridendi, vel exprobandi, vel refellendi gratia aliud dicimus, quam sentimus. Irridendi, ut apud Maronem Turnus in drancem, Me-

*Meque timoris argue tu Drance,  
Quando tot cædis acervos  
Teucrorum tua dextra dedit.*

Simile est quando vehementer pauperem appellamus, Midam, aut Cræssum, senem decrepitum puerum, pusillum gigantem. Ex probrandi cum exaggeratis crudeliter factis subijcimus hæc est tua illam isericordia Vergilius.

*Egregiam vero laudem.*

Fit simulatione concessionis sive confessionis interdum, & laudis, & vituperationis, in summa per omnes figuras ducitur Ironia. Licentia non facit ad orationis acrimoniam, sed in hoc adhibetur, ut mitiget liberius dicta, nec offendat auditorem. Velut ignoscite, si videbor æquo liberius dicere. Si molesta est orationis acerbitas. Cogitate graves morbos, non sanari

nari levibus pharmacis. Durius lo-  
quor, sed huc me compellit vestri  
charitas. Diminutio facit, ne quod  
necessario dicitur arroganter dictum  
videatur, fastidiosæ sunt hominum  
aures, nequicquam minus ferunt  
quam ut quisquam aliquid de se præ-  
dicet magnificentius. Quo circa Ci-  
cero suam sæpè in dicendo eloquen-  
tiam elevat, ingenium extenuat, au-  
thoritatem minuit, exemplis referta  
sunt omnia, apud hunc authorem.  
Contentio græcis antitheton dicitur,  
hæc fit aut verbis inter se pregnanti-  
bus, vel sententijs contrarijs, licet  
non sit evidens pugna in verbis. Non  
statim schema est ubicunque sunt  
contraria, sed commoda contrario-  
rum interse relatio schema facit, vel  
ad gratiam orationis, vel ad vehe-  
mentiam.

*Vir-*



*Virtutem præsentem odimus;  
Sublatam ex oculis quærimus  
Invidi.*

Hic est in sententijs. In pace fortis est, in bello ignavus hic item in verbis est pugna. Domi leones sunt in bello damæ. Hic in sententijs est pugna. De conformatione quam græci prosopopiam appellant, superiori de affectibus capite quædam diserui. Sed alia etiam nunc exempla, præterquam quæ eo tunc in loco conscripsi, addenda esse censeo. Huius enim schematis credidi esse, quod Socrates apud Platonem in Critone leges fingit dissuadentes, ne se furtim subducat carcere prodiens, Xenophon fingit voluptatem, ac virtutem apud Herculem concertantes. Plutarchus grillum  
cum

cum Ulise disputantem facit. Vergilius Famæ personam tribuit. Ovidius Somno ac terræ. Sed illud memoria semper tenendum erit. Conformationem non habere locum apud oratores, nisi cum rerum magnitudo postulat, secus quidem friget. Conformationi affinis est Apostrophe, quæ sermonem ab his, quibus loquebamur avertit ad aliam personam, seu præsentem, seu absentem, aut rem, cui personas assignamus ne hæc quidem locum habent, nisi cum fervet oratio à Cæsare ad Q. Tuberonem sermonem flexit, Marcus Tullius. Quid enim tuus ille Tubero in acie Pharsalica gladius agebat? Ad concitandos affectus mire conducit. Demonstratio, quam significantius græci vocant *ypotyposim* quia rem ita subij-

subijcit ut non narrari, sed geri videatur. Utilis est sive ad evidentiam orationis, sive ad quoscumque movendos affectus, neque parum confert ad iocunditatem, si res est comica. Hac figura utimur: si non simpliciter narremus, quod gestum est, verum etiam quid præcesserit, quid in ipso negotio acciderit, quid consecutum sit, addimus gestum, ac sermonem congruentem, & quæcumque cernerentur oculis: Si res coram gereretur, iocunditatem habet, quæ Marcus Tullius secunda Philippica veluti depingit, quomodo Antonius noctu desertis castris, solus obvoluto capite ad amicam pervenerit, eique litteras velut ab Antonio Missas, reddiderit. Acriores affectus concitantur, cum in atrocibus

fa-

facinore , describitur fragor urbis.  
Ardor oculorum , vox immanis , re-  
volutum , aut abiectum pallium , vi-  
bratus gladius , hac in parte Rhetor  
multum habet affinitatis , cum picto-  
ribus , quibus studio est , rem omnem  
oculis subijcere , ut nihil omnino de-  
sit præter vocem. Exempla peti pos-  
sunt à poetis , quibus hæc virtus est  
peculiaris , si quando describunt præ-  
lium , excidium urbis , incendium,  
tempestatem , pestilentiam famem,  
terremotum , aut aliud simile. Ve-  
rum illud cavendum est oratori ne  
quemadmodum pictores imperiti  
appingunt parum congrua , ita pa-  
rum decora affingat rebus , aut per-  
sonis. Hoc schema ponit ob oculos,  
non ea tantum , quæ facta sunt , sed  
illa quoque quæ futura videantur , si  
hoc

hoc aut illud acciderit. Quem locum summo artificio tractavit Marcus Tullius pro Milone, ponens ob oculos, quæ facies rerum fuisset consecuta, si Clodius præturam affecutus fuisset, fingite enim animis, liberæ enim sunt cogitationes nostræ, & reliqua. Epitheta in bonos, & malos commode addita, non solum faciunt ad orationis ornatum, verum etiam frequenter ad affectum, sed passim apponere ineptum est. Ut charitas ignea, invicta fides, spes longanimis, florida virginitas. Duplex erit gratia si Epitheton Tropo commendetur, veluti cum dicimus viperinam obtrectionem, pigram senectutem, cæcum amorem, caninam rabiem. Ociosa epitheta conceduntur poetis, apud quos non mediocrem habent gratiam, qui

qui lac niveum, & nivem candidam dicunt, aurum fulvum, liquidum aerem, solem aureum. Lunam argenteam, brutam Tellurem, vaga flumina, velivolum mare, oculis captos Talpas, timidos Damas, vulnificum Calibem, volubilem animam. Hæc nos ex Cicetone, Quintiliano, Rodolpho, Erasmo, & alijs non paucis in eloquentia præstantissimis viris partim transcripsimus, partim ab alijs tantum inchoata nostra industria absolvimus: semper enim cum Plinio maiore, benignum, ingenuique pudoris esse putavimus plane, libereque fateri, per quos profecerimus. Obnoxij profecto animi, & infœlicis ingenij est, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere, cum præsertim fors fiat ex usu-

ra. Produximus etiam in hac quæ-  
sione commentationem nostram, quæ  
hæc pars, quæ ad elocutionem atti-  
tet, & propriâ fit viri eloquentis, &  
si Antonio credimus apud Ciceronem  
omnium potissima, tum quæ in libris  
Rhetoricorum ad Herenium, & qui  
huius argumenti in lucem, studio-  
forumque manus nuper venerunt,  
qui pro ubertate ingeniorum huius  
temporis sunt permulti, nimis  
aride, & ieiune videremus  
pertractam.

\* \* \*

\* \* \* \* \*  
\* \* \* \* \*  
\* \* \* \* \*

**DE DISPOSITIONE LOCORUM,**  
*ac totius orationis.*

CAPUT XII.

**I**Ncollocatione seu dispositione locorum, illud ante omnia considerandum est, ne sicuti à nobis digesti sunt, eo ordine, atque via utaris, sed quemadmodum elementariæ litteræ, certo aliquo ordine traduntur, postea vario illarum situ singula vocabulorum constant, nec omnia, ac vix ullum eo litterarum ordine collocabimus quo litteras didicimus: sic loci, quo facilius teneantur, hoc modo sunt à nobis dispositi: prudentia tamen, & ars collocabit unum quemque, ubi maximam sit vim ha-



biturus, haud secus, quam acutus Imperator singulos milites in acie, ubi putat optime quemquam pugnaturum, & momentum allaturum ad victoriam. Nec ut omnibus litteris utimur in singulis nominibus, sic nec omnibus locis in singulis orationibus, raroque incidit causa, ad quam omnia locorum genera sint advocanda, ac nescio nunquid tale possit usu aliquando venire. Cæterum dispositio quadrifariam intelligitur. Est in primis commoda verborum dispositio, quæ non tantum facit ad perspicuitatem, & modulationem orationis, verum etiam ad vigorem, & acrimoniam. In commodus enim ac perturbatus ordo verborum sententiam obscurat, & interdum involvit hyperbatis, & molestam reddit orationem.

tionem, ut autem optime modulata sit, præstat compositio, de qua breviter, & perspicue in superioribus disputavimus. Est altera ordinis functio per quam commode disponuntur principales orationis propositiones, quod quidem in divisione fit, de qua etiam modice est à nobis disertum. Tertius ordinis usus in singulis est argumentationibus, nam frequenter eadem propositio pluribus argumentis confirmatur, quæ non sine delectu in acervum sunt congerenda, sed ordine quodam oportet velut in aciem produci. Quæ autem quibus magis convenient locis, dicentis iudicio, consilioque relinquendum est. Non improbat sane cum ab infirmioribus itur ad firmissima. Probatur rursus quæ primo, ac postremo loco col-

locat efficaciora, & infirmiora veluti gregarios milites in medium agmen conijcit, ea demum improbat, quæ à firmioribus pergit ad infirmiora. Ita quidem natura comparatum est, ut ad ea maxime simus intenti, quæ primo dicuntur loco, quæ si placent, reliqua cum favore audimus, quæ vero postrema sunt, maxime hærent animo, sed quæ medium orationis locum occupant, etiam si per se parum valent, numero tamen, & turba aliquid possunt. Quartus modus ordinis est, quo tota dividitur, oratio, veluti faciunt qui libros conscribunt, hos primum cura torquent, ut totum argumentum optio, & convenienti ordine sic digestum. Ut si quis de rebus Romanæ urbis paret scribere, hunc ordinem sequatur necesse est, ut  
pri-

primo loco referat urbis primordia, deinde Rōmam florentem, postremo deficientem. Hæc autem dispositio recta est, & naturalis, sed quam necesse sit interdum, vel casu aliquo, vel eventu commode prætermitti, & eam continuo sequi, quam vel casus attulerit, vel ars pro rei eventu complectendam suaserit. Multis hoc licet testari Ciceronis exemplis. Primum in divina illa oratione pro Milone rectum, naturalemque ordinem ex singulari artificio mutavit, nam absoluto exordio, quod à re præsentis habituque armorum cœperat, priusquam ad narrationem accederet, ut naturalis orationis ordo postulabat, adversariorum tria obiecta optimo consilio refutavit, quibus causa vehementer

ter opprimi videbatur , itaque illud  
 pro lege semper habuit Cicero in  
 causis dicendis , ut si quid esset , quod  
 vel causæ , vel authoritati suæ adver-  
 sariorum odio , invidiaque noceret,  
 id imprimis propulsandum curaret,  
 ut pro Murena fecit , & pro Sylla,  
 & in multis etiam ac-  
 tionibus.

\* \* \*

\* \* \*

\* \* \*

\* \* \*

\* \* \*

\* \* \*

\* \* \*

\* \* \*

\* \* \*

\* \* \*

## INDEX

LOCORUM COMMUNIUM,  
 per ordinem Alphabeti distributo-  
 rum, quibus singulas authoritates  
 subiecimus, quæ vel in prima no-  
 minum classe exemplo in reliquas  
 esse possent.

## A.

*Amor**Amicitia**Artes**Avaritia**Animus**Affectus**Adolescentia**Ambitio**Admiratio*

## B.

*Beatitudo**Bonum**Bellum**Barbarus**Beneficium**Beneficentia**Brevitas**Benignitas**Bonitas*

## C.

**C.**  
 Charitas  
 Conscientia  
 Consilium  
 Consultatio  
 Consolatio  
 Consuetudo  
 Civitas  
 Concordia  
 Crudelitas  
 Curiositas.  
**D.**  
 Dominium  
 Divitiæ  
 Deus  
 Decorum  
 Divinatio  
 Dolor  
 Dolus  
 Distractio

Diligentia  
 Dialectica  
**E.**  
 Eloquentia  
 Ætas  
 Ebrietas  
 Exilium  
 Eventus  
 Educatio  
 Error  
 Excellentia  
 Eutrapelia  
**F.**  
 Fides  
 Fœdus  
 Fama  
 Fortuna  
 Fœlicitat.  
 Finis  
 Fortitudo

Fatum

Fictio

Favor

G.

Gula

Gratia

Gloria

Genus

Gaudium

Gratitudo

Garrulitas

Gloriosus

Gravitas

Gubernatio

H.

Homo

Humanitas

Hospitalitas

Hostis

Honor

Honestas

Habitus

Historia

Hypochrasis

Humilitas

I.

Ignorantia

Iustitia

Ius

Iudicium

Ius iurandum

Ira

Invidia

Iuris prudentia

Ingenium

L.

Lex

Libertas

Litteræ

Lingua

Lu-



*Luxuria*  
*Lacitia*  
*Labor*  
*Livor*  
*Lis*  
*Licentia*  
 M.  
*Magnanimitas*  
*Memoria*  
*Motus*  
*Musica*  
*Militia*  
*Magestas*  
*Mos*  
*Medicina*  
*Mercatura*  
*Mars*  
 N.  
*Natura*  
*Nativitas*

## Index:

*Mobilitas*  
*Negligentia*  
*Neceffitas*  
*Nomen*  
*Natio*  
*Navigatio*  
*Nuptie*  
*Novitas*  
 O.  
*Opinio*  
*Odium*  
*Otium*  
*Ordo*  
*Officium*  
*Oratio*  
*Occasio*  
*Obedientia*  
*Orbitas*  
*Omene*

P.

Prudentia

Pudor

Populus

Pax

Potentia

Perfidia

Pictura

Poefis

Pietas

Patria

R.

Rex

Regnum

Rhetorica

Religio

Ratio

Ritus

Rus

Rumor

Rector

Respublica

S.

Sophista

Sapientia

Sermo

Silentium

Solitudo

Severitas

Situs

Servitus

Sanctitas

Societas

T.

Temperantia

Testis

Testimonium

Timor

Turba

Tyrannus

The-


<i>Theologia</i>	<i>Vitium</i>
<i>Temeritas</i>	<i>Venus</i>
<i>Tabule</i>	<i>Voluntas</i>
<i>Tristitia</i>	<i>Voluptas</i>
	<i>Virtus</i>
V.	<i>Vita</i>
<i>Vinum</i>	<i>Vigilia</i>
<i>Veritas</i>	<i>Vxor.</i>

Ad hunc modum facile erit locos communes invenire, qui in suas statim classes, & per ordinem alphabeti distribuuntur. Sed in paucis fidem nostram liberemus, nam sunt quidam usque adeo rudi, tardoque ingenio, ut nisi inseras in eos velut præmansum, nunquam tandem si milles reperas, sint percepturi. Principio initium demus à prima dictione amor. In hoc primum domicilium

congeri, conferri quæ licet, quid-  
quid Plato, Aristoteles, Cicero, Plu-  
tarchus, Seneca, Vergilius, Ovidius,  
& innumerabiles authores de amore  
pertractarunt, ad ducamus exempli  
gratia, vel unam authoritatem, ex  
Phedro, Platonis aut convivio de  
amore. Sic habet. Si quo pacto fieri  
civitas, vel exercitus posset, partim  
ex his qui amant, partim ex his qui  
amantur, supra quam dici potest for-  
titer agerent, administrarentque sin-  
gula, dum per verecundiam à turpi-  
bus abstinerent, & ad honesta, qua-  
si quadam emulatione contenderent,  
talesque homines vel pauci numero  
universos, ut ita dixerim, prælio su-  
perarent. Amator sane vel deserere  
ordinem, vel arma abijcere coram  
amato, vehementius quam coram  
cunc-

cunctis alijs hominibus erubesceret. Proponatur rursus nobis exemplum alterum amicitia, cuius dictionis domum secundam fecimus, huc quidem cum multas ex varijs authoribus, authoritates adduci possent, unam ex Cicerone tantum illustrem illam quidem, & preclaram afferamus, quam non ex Lælio qui unus multas nobis suppeditaret, sed ex primo libro de Finibus Mutuemur. Omnium (inquit) rerum quas ad beate vivendum natura paravit, nihil est maius amicitia, nihil uberius, nihil iocundius, cum solitudo, & vita sine amicis insidiam plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparare, quibus partis conservatur animus, & à spe pariendarum voluptatum seiungi non potest. Tradita est à nobis expedita compendia-

diariaque ratio inveniendi, colligendi que locos communes, quam nemo (quod ego sciam, tam plene, & cumulate hactenus pertractavit. Sic itaque huic nostræ scolæ questionique modus, si illud primum monuero, illos esse communes locos, qui pro Thematicis: & argumentis seorsum ad dicendum proponi possunt, qui tum ornate, copiose, oratorieque disputantur, cum Philosophiæ fontes in dicendo aperiuntur, unde illi manabant.



AN POPULARIS ELOQUENTIA  
 omnium maxime probari debeat , &  
 quo differat auditor doctus  
 ab in docto ex Ci-  
 cerone.

## CAPUT XIII.

**E**ST illa nobis , & publicis eru-  
 ditorum cœtibus , & privatis  
 etiam sermonibus sæpè disputata  
 quæstio , an popularis eloquentia re-  
 liquis preferri debeat generibus , quæ  
 à solis doctis probantur. Nam video  
 per multos in magna constitutos esse  
 varietate , dum triplex dicendi genus  
 amplum , tenue , & ex his medium,  
 quod sit temperatum , sibi proponunt,  
 non intelligentes hominum sensibus,

ac mentibus, illud quodcunque genus sit, in quo quis magis floreat, accommodari oportere. Quæ quidem res ita olim valuit per sese, ut Asiatici homines dum suorum voluntati, & ingenio obsequerentur, multum in orationis genere ab Atticis, & Rhodijs desciverint. Semper quidem oratorum eloquentiæ, quemadmodum in perfecto oratore Cicero refert, moderatix fuit auditorum presentia. Nam omnes qui probari volunt, voluntatem eorum, qui audiunt, intuentur, ad eamque, & ad eorum arbitrium, & iurum totos se fiunt, & accommodant. Itaque Caria, & Phrygia, & Mysia, quod minime politæ minimeque elegantes sunt, asciverunt aptum suis auribus optimum quoddam, & tanquam adipa-



le orationis genus. Quod eorum vicini (non ita lato interiecto mari) Rhodij nunquam probaverunt, Græci autem multo minus, Athenienses funditus repudiaverunt, quorum semper fuit prudens, syncerumque iudicium, nihil ut possent, nisi incorruptum audire, & elegans. Hanc ipsam sententiam mihi visus est Cicero retinuisse semper, nam in Bruto, sive de claris oratoribus, id quod sæpè alias ad Q. fratrem, eloquentiam suam populo probari cupit, vulgi enim assensu, & populari approbatione orator iudicari solet, de quo nunquam hac in parte doctis hominibus cum populo dissensio fuit. Atque ne mihi cum multis qui hoc à me studiosè sunt percontati, amplius concertatio, & pugna sit: ipsius Ciceronis authorita-

tem transcribam, quæ fidem huius  
quæstionis evidentius astruat. Qui  
vulgi ( inquit, in Bruto ) opinione  
disertissimi habiti sunt, eisdem intel-  
ligentium quoque iudicio esse proba-  
tissimos affirmo. Neque enim posset  
Demosthenes dicere, quod dixisse  
Antimachum Clarium Poetam fe-  
runt, qui cum convocatis auditoribus,  
legeret illud magnum ( quod novistis )  
volumen suum, & cum legentem  
omnes, preter Platonem, reliquissent,  
legam ( inquit nihilominus ) Plato.  
nam mihi unus instat est omnium,  
me illi, & recte. Poema enim recon-  
ditum paucorum approbatione, ora-  
tio popularis ad sensum vulgi debet  
moveri. Hæc mihi omnia tanto stu-  
dio, & contentione animi disputan-  
tur, quod hac una in re sæpè iuvenes

aberrare videam, qui pulchram orationem se comparasse tunc quidem putant, cum magis remoti fuerint à vulgi intelligentia. Proponunt sibi divina quædam, multum se à terris, & his caducis efferentes, quasi vero non apud homines, sed apud divos orationem sint habituræ. Etenim eloquentia, quæ admirationem habuit, quæque acclamationem, & applausum ab auditoribus extorsit, de medio semper sumpta fuit, quæ nunquam cordonum mentes effugit, aut eorum certe caput, apud quos diceretur. Testis est vel ipse *Marcus Tullius* qui (ut licet ex orationibus quas reliquit æstimare) nunquam sic in Cœlum uno se mentis volatu rapuit, ut discederet à legibus, à moribus, à consuetudine, ab officio, à vitæ actionibus, à republica, &

vul-

vulgatis, communibusque vulgi  
exemplis, quibus sane in rebus quæ  
communes omnibus in medio positæ  
essent, pulchrum, & divinum excel-  
lere putavit. Quid præstat igitur in-  
telligens imperito? Magnare, & dif-  
ficili, si eundem audias Ciceronem.  
Si quidem magnum est scire, quibus  
rebus efficiatur, omittaturque di-  
cendo, quod oportet, aut omiti non  
oportet. Præstat etiam in illo doctus  
auditor in docto, quod sæpè quum  
oratores duo, aut plures populi iudi-  
tio probantur, quod dicendi genus  
optimum sit, intelligit, nam illud  
quod populo non probatur, ne intel-  
ligenti quidem auditori probari po-  
test. Ut enim ex nervorum sono in fi-  
dibus, quam scienter ij pulsati sunt,  
intelligi solet, sic ex animorum mo-

tu cernitur , quid tractandis his perficiat orator. Itaque intelligens dicendi existimatur non absidens , & attente audiens , sed uno aspectu , & preteriens de oratore sæpè iudicat, videt , oscitantem iudicem , loquentem cum altero, nonnunquam etiam circumlantem , mittentem ad horasi quæsitorem , ut dimittat rogantem , intelligit oratorem in ea causa non adesse , qui possit animis iudicum admoveere orationem, tanquam fidibus manum. Idem si præteriens aspexerit erectos intuentes iudices , ut aut doceri de re, idque etiam vultu probare videantur , aut ut avem cantu , sic illos viderit oratione , quasi suspensos teneri , aut id quod maxime opus est , misericordia , odio , motu , animi , perturbatos esse vehementius , ea si præ-

teriens, ut dixi aspexerit, si nihil audierit, tamen oratorem versari in illo iudicio, & opus oratorium fieri, aut perfectum iam esse intelliget. Sed ne mea in reddendis preceptorum exemplis desideretur industria, singulis causarum generibus declamaciunculas subijciam, breves illas quidem, sed quæ adiuventi non nihil afferere possint adolescentibus, parum in eloquentia exercitatis.

ARGUMENTUM ORATIONIS  
demonstrativa.

**P**Hilippus Hispaniarum Serenissimus Princeps, cum nuper (qua est in litterarum studia, studiososque omnes excelsa, regiaque benignitate peditus) Academiam Complutensem indiviseret, hac à nobis oratione pro loco : tempore : & perso-

persona exceptus fuit, quam intermissa nocte una ante eius adventum commentati sumus.

ORATIO IN LAUDEM PHILIPPI  
Principis.

Captat benevolentiam à persona Principis.

Expositio.


Ratio expositionis.

**O**Rbis gentium Academia Complutensis amplissima, Princeps, Serenissime novo quodam adventus tui illustrata splendore, sic hodierno die exultat, ac serio triumphat, ut certissimam post hac foelicitatis spem regiam istam, & Augustam praesentiam tuam secum attulisse putet. Ante hunc quidem diem foelicissimum,

mum, & beatum, quum non merita nostra, sed humanitatis, clementiæque tuæ magnitudo fecit, ut in his te scolis inter studiosorum classes, summo omnines perfusi gaudio, videremus, fatalis quædam calamitas cunctos reip. literariæ ordines pervaserat, in quos sic est grassata crudeliter: ut sorditate plenæque squallore musæ, partim patronis orbatae lugerent, partim (ut sit) cum vel aliquis belli tumultus increpuit, vel terribilissima pestis late se diffundit in populos, vel in dicto studiorum silentio,

per

Movet commiserationem ab interitu præceptorum, & iactura Academiæ Amplificatio à simili.





Metaphora.

per menses quinque conticescerent. Itaque siluerunt toto illo temporis intervallo, quod longissimum fuit, humanitatis studia, iacuerunt pulcherrimæ artes, & Academia ipsa siti veteris ubertatis exarvit, extinctisque disciplinarum professoribus, quibus longe florebat, humi destituta confedit. Sed ubi celsitudo tua, in qua tantum est æquitatis, & clementiæ, quantum potentia, & imperij in patre Cæsare, se inopinato nobis hodierno die ostendit, illico exhilarati, atque recreati mirifice sunt  
ani-

Redditio.

animi nostri, ipsaque ex  
recenti vulnere languentia  
studia, quantum nun-  
quam alias recordari licet,  
lasciviente natura, subito  
refloruerunt. Sit itaque  
faustus, ac fœlix iste tuus  
adventus, sit propitius, ac  
dexter Academiæ Com-  
plutensi, quæ invictissi-  
mi Cæsaris Patris, tuoque  
semper recreata patroci-  
nio, novis quotidie incre-  
mentis viguit, adversario-  
rumque impetus non mo-  
do sustinuit fortiter, sed  
propulsavit etiam vehe-  
menter. Nihil quidem tam  
debet Principem, mitem  
intelligo, & humanum,

Complexio five  
conclusio exor-  
dij.

Propositio quæ  
potest, præstare  
speciem status.

qua-

qualis tu es , addo etiam  
liberalem, prudentem, ius-  
tum, magnanimum, qua-  
rum sane virtutum non  
adumbrata solum, sed ex-  
pressa in te vestigia vide-  
mus, quam eas tueri artes,  
ac defendere semper, quæ  
plurimum sint reip. pro-  
futuræ. Nosti enim Pphi-  
lippe Princeps prudentis-  
sime : ibi imperium diu  
stare non posse, neque  
florentem reip. statum præ-  
clare contineri, ubi repu-  
diatis litterarum studijs,  
ignorantiæ tenebris obcæ-  
cati rectores omnia teme-  
re, & pro animi libidine,  
sine legum moderatione,  
&

& consilio, sine philosophiæ sanctissimis præceptis sine hystoriæ luce, & prudentia administraverint. His tantis, tamque toti Reip. exitialibus pestibus hæc una ceumurus quidam fortissimus Complutensis Academia opponitur, dum in omni doctrinæ genere præcëlentes viros frequenter mittit in lumen gentium, amplitudinem Imperij, salutem orbis terræ, cuius pulcherrimum domicilium, arx, præsidium, summam foeliciter glorioseque tenente Carolo Cæsare invictissimo, & illius

Ratio

Gradus per  
asyndera

Conclusio.

illius te lucis rerum, tan-  
tique fulgoris particeps,  
Hispania profecto est.  
Quicquid igitur in hanc  
contuleris Academiam,  
quod si tuum est, non po-  
test, non esse amplissimum,  
magnificum, regium, in  
totam te collocare Remp.  
puta. Quæ cum te Prin-  
cipem Cœlesti, Divino-  
que munere habeat, ad  
magnitudinis cumulum,  
& summam humanæ glo-  
riæ se pervenisse rata, ni-  
mis effert fortes genero-  
sosque animos, ac nescio  
quos novos spiritus in im-  
manes Turcas, & univer-  
sos Religionis hostes in  
dies

dies confidentius sumit. Ra-  
 ro etenim hæc de Princi-  
 pibus concepta spes, quæ  
 hominum prudentium al-  
 tius infixæ est animis, non  
 in summam rerum claritu-  
 dinem evasit, eorum pre-  
 fertim quos patris, & avo-  
 rum illustria, fortiaque fac-  
 ta, vel ad imitandum stre-  
 nue impellunt, si ingenuus  
 pudor adsit: vel si otio, tor-  
 poreque iaceant, cum vic-  
 torias, & triumphos coram  
 narrari audiunt, nisi detec-  
 to animo, humilique pror-  
 fus sint, ad maiora vehe-  
 menter excitant. Quid enim  
 dicam de Carolo Cæsare pa-  
 tre tuo, cuius animi celsitu-  
 do,

Amplifica-  
 tio conclu-  
 sionis, quæ  
 aditum præ-  
 tat ad lau-  
 des Caroli  
 Imperatoris

Laudat &  
 Religionis  
 propagatio-  
 ne, & insti-  
 tutione filij.

do, magnanimitas, decus, gloria, maiestas, cum intuenta Religione, propagandaque Germaniæ, Hispaniæque Imperio, ante oculos nostros hoc tempore relaxerunt, tum sanctissimis moribus, ac disciplinis te formando filio, quem amplissimo Regno dignum successorem relinqueret, maiori laude, & non minori amplitudinis fructu magnitudinem suam apud nos commendarunt? Nam de rebus bello præclare gestis, quæ facultas orationis meæ potest esse tanta, quod flumen ingenij tam exuberans, ut dicendo aliquando consequi possit.

Laus est à  
factis in bello.

possim, expugnatam in  
Aphrica opibus, & viris flo-  
rentissimam urbem Tunc-  
tum, turpiter expulso, fu-  
gatoque tyranno, propul-  
satum Apolloniæ, Ungariæ-  
que finibus potentissimum  
illum Turcarum Regem  
summo cum dedecore tam  
numerosi exercitus. Rhe-  
num denique ipsum (quod  
memorable, æternique no-  
minis factum fuit) fractis,  
subactisque Germaniæ Prin-  
cipibus nuper captum? Iam  
vero quantus nunc stimulus  
virtutis tibi magnanime, Se-  
renissimeque Princeps, su-  
bijceretur, refricata Maxi-  
miliani Imperatoris Atavi

Laudantur  
Atavi Prin-  
cipis Philip-  
pi, quod in  
ipsum refun-  
ditur Prin-  
cipem.



tui memoria, & Fredenandi  
Regis, illiusque inclitæ vi-  
raginis Elisabes, quorum  
sanguine procreatus fumo-  
sas Hispaniæ imagines ma-  
iorum infulis clarus geris?  
Quum audis accerrimis frac-  
tos prælijs Illiberitanos po-  
pulos, & totam illam oram  
Tingintaniæ virtute partam,  
floquentissimisque Hispania-  
rum Regnis additam, supe-  
ratam toties Neapolim, aper-  
tum præterea huius fortuna-  
tissimi Regis tempore vas-  
tum, lateque supinum Oc-  
ceanum ultra insulas fortu-  
natas, in quo novum illum  
orbem nullis antea nationi-  
bus tentatum, Hispanorum

arma immissa concrepuisse?  
Quos non stimulos sentis?  
quæ non peclata & illustria  
tibi proponis; quæ non ani-  
mo moliris? Credo equidem  
ingemiscere te cum Alexan-  
dro, & Cæsare, tunc tem-  
poris, & in altam, simulat-  
que claram vocem prorrum-  
pere. O excelens dignitas  
Hispaniæ! O nomen meo-  
rum maiorum, qui magis-  
tri fuerunt virtutis in bello,  
& Religionis in pace! Sed  
modus iam sit Princeps Se-  
renissime, si modus tamen  
ullus esse potest tam infini-  
tis laudibus, quarum cum  
principium facile inveneri-  
mus, modum tamen non est

Memora-  
tur bella quæ  
confecit Rex  
Fredenan-  
dum.

Allusio ad  
lachrymas  
Alexandri,  
& Cæsaris.

Epilogus  
Traductio.

Enumera-  
tio:

Exhortatio  
ab expecta-  
tione reip.

inventus, qui queat invenire. Huius enim generis sunt, tuus in studia litterarum favor, in doctos omnes benignitas, in probos, honestosque viros amor, in remp. pietas, in Deum Religio, & illa quæ te maiorum commendant, antiqua claritas, prælia, victoriæ, triumphi, ut non modo me, qui parum eloquentia possum, sed exercitatissimum quemque oratorem ubertate, & copia diffluentem, multitudi-  
ne obruerent, & magnitudine superarent. Illud ad extremum orationis meæ, sed non tuarum profecto laudum, illud denique  
ip-

ipsum in memoriam tuam  
renocabo, magnam esse to-  
tius Reip. de te expectatio-  
nem, summam bonorum  
omnium spem, infinitam  
virtutis sponfionem, gentes  
denique, & nationes multas  
in oculis tuis, in tuo ore,  
vultuque acquiescere. Me-  
mineris optime Princeps  
iustitiæ opinione primum  
reges fuisse creatos, eosque  
dignos diademate tantum  
cogita, qui æquitate consti-  
tuenda laboraverint, illis  
certum esse definitumque  
locum in Cælo existima, qui  
patriam conservaverint, ad-  
iuverint, auxerint. Quare  
sic te in reliquam ætatem,

Exortatio-  
nis amplifi-  
catio à pri-  
ma regum  
creatione.

Rursum ex-  
hortatur à  
præmij spe.

*Gradatio* cuius plurimum restat, com-  
para, ut tuarum virtutum  
admiratio Reip. benevolen-  
tiam conciliet, benevolen-  
tia reverentiam pariat. Re-  
verentia obedientiam inge-  
rat, obedientia pacem, &  
tranquillitatem Hispaniæ af-  
ferat.

**ARGUMENTUM**  
*deliberationis.*

**F**ICTO, declamatorioque  
themate vocatur in con-  
sultationem coram Paulo ter-  
tio Ponti. Max. an è re digni-  
tateque Ecclesiæ hoc tempore  
sit, cogi, celebrarique Conci-  
lium Generale. Fingitur Pau-  
lus

lus dubius, pendensque animi,  
in diversa studia, ac partes à  
duobus declamatoribus agi, qui  
Aurelij, & Eusebij sustinent  
personas, & nomina.

DISSUASIO CONCILII.

**M**Emoria mecum re-  
petenti conditio-  
nem rerum humanarum, &  
statum Reip. præsentem.  
Paule Christi Vicarie Max.  
occurrunt dicenti multa,  
quæ me non modo ab  
Eusebij sententia vehemen-  
ter deterreant, sed pruden-  
tissimi cuiusque fundatas,  
atque optime constitutas co-  
gitationes ab eadem cogendi

AURE-  
LIUS.

Benevolen-  
tia simul, &  
docilitas cõ-  
ciliantur, à  
condicione  
statu Reip.  
præsentis.

di concilij temeritate procul  
 avocare debeant. Quod si  
 in digitis partiri causam li-  
 cet, & principio orationis  
 meæ coram conferre utilia  
 cum inutilibus, & cum in-  
 honestis morosa, præfacta-  
 que cura componere hones-  
 ta, effundet se protinus Pa-  
 ter Paulæ sentina quædam  
 putida malorum, & scele-  
 rum immensa colluvies, quæ  
 omnes illas commoditates  
 coacti concilij obruat, to-  
 tamque famæ laudem dissi-  
 pet, quam negotij magni-  
 tudo esset allatura, si ea res  
 populo, Senatuique christia-  
 no bene, ac fœliciter eveni-  
 ret. Etenim satis grave in-  
 com-

Propositio  
 est quæ sum-  
 mam conti-  
 net totius  
 negotij.

commodum illud esset in primis, & ruentis Imperij Ecclesiæ iactura inestimabilis, si nihil videretur in Ecclesia stabile, nihil firmum, nihil perpetuo constans, sed stasis temporibus interirent Ecclesiæ leges, & divina maiorum decreta, perinde ut res aliæ fragiles, & caducæ. Concilium quidem generale; omnia quantum ego video. Pater Paule, novaturum est, leges feret novas, alia decretorum onera, nunquam antea superioribus patribus, & antiquis Ecclesiæ proceribus audita, alia constitutionum examina, quibus liber populus quera-

*Incommoda quæ sequuntur per locum ab inhonesto tractata.*

tur



Amplifica-  
tio à non ne-  
cessario.

tur se præmi, & sublata li-  
bertate christiana, iugum  
sibi molestum imponi, dum  
iterum quasi ad recutita sab-  
beta, iterum ad Neome-  
nias, & phases celebritatem  
prope videatur impelli. Quis  
obsecro iste est nodus Reip.  
tam gravis, quis casus Im-  
perio tuo tam vehementer  
pertimescendus, quæ iactura  
fidei tam ingens, & atrox,  
cui iam vel privatis conci-  
lijs olim, vel generalibus  
etiam Conventibus, si res-  
tanti esset, non sit occur-  
sum à maioribus tuis? Insur-  
gunt inquis hæretici novi,  
esto sane insurgant novi,  
sed non hæreses quidem no-

væ ; aut quæ non fuerint  
ante hac damnatæ sectæ.  
Novus fateor est hostis fidei  
Lutherus , novus inimicus  
Religionis Eccolampadius,  
novus adversarius Christia-  
ni nominis Melancthon,  
sed ita vero novi , ut preca-  
ria hæresi vivant , & omnes  
hausto aliunde veneno fu-  
riant , & debachentur in  
Ecclesiam. Sonat enim mi-  
hi crede , spiritus ubi Cle-  
phi in nefario Luthero , de-  
tegit se impietas Hunni in  
sceleratissimo Melancthone,  
furit Pelagius in terribissimo  
sacrilegoque Eccolampadio,  
nec mihi è præsentibus  
unum dabis , qui turbent

Obiectionis  
depulsio.

Repetitio.

sta-

statum Reip. Christianæ, in quo personatum non exhorreas Arrium, vel unum aliquem ex illa tragœdia antiqua, quam olim Palliata Græcia non sine lacrimis, & lamentis repræsentari vidit. Sed luerunt iam illi, luerunt suas pœnas, universalibus coactis concilijs, ut hoc labore, & metu posteriori levaremur, si quando huiusmodi impuri, & noxij spiritus in similem personati scœnam prodirent. Perijt iam olim cum ubi Clepho Martinus Lutherus, uno illo percusus fulmine, quod de Ecclesiæ Militantis Cœlo Ioannes vigessimus tertius

Si-

Sigismundi temporibus fortiter projecit : Corruerunt præterea uno facto hæretici omnes , lætali inflita plaga haud ita multis à memoria nostra retro actis sæculis celebrato ab Innocentio Tertio Lateranensi Concilio , qui nihil occidentalis Ecclesia vel celebratius vidit , vel post græca illa septem memoratissima <sup>que</sup> admirabilius unquam audivit. Quorsum igitur per fidem Sanctissime Paule , in ætate Ecclesiæ iam inclinata , & senio quasi confecta , celebrari Conventus attinet , cum nihil statuere hoc tempore præsertim possis , ita pium , ita sanctum,

Amplificatio  
rursum à  
non necessa-  
rio.

tum, ita Religiosum, quod non maiores tui nascentis ecclesiæ temporibus, vel sanxerint prudentius: vel pro-  
viderint religiosius? Fuit quidem necesse tempestate illa, cum Religionis imperium late fundabatur, religare prometheos istos, qui multi tunc exoriebantur in Ecclesia, ad petram fidei, & devinctos extrahere tricipites canes dura præceptorum catena, ne tenellam Ecclesiam, & per ætatem adhuc vagientem in cunis crudeliter discerperent, ac devorarent. At vero in ætate postrema mundi, novissimoque huius nostræ mortalitatis sæculo: quid uti-

utilitatis, & pulchri habet  
novum moliri concilium,  
post tot leges, post tot sena-  
tus consulta, post tot plebis  
cita, post tot edicta patum,  
quibus satis consultum est  
rebus humanis, si quidem  
à nobis preclare servarentur?

Quid enim calamitatis est  
hodie in Ecclesia, cui anti-  
quis concilijs non sit abunde  
provisum? Complectere ani-  
mo Beatissime Paule priora  
illa Florentis Ecclesiæ, bene-  
que constitutæ sæcula, reco-  
le cogitatione ab ipsis iam  
inde apostolorum tempori-  
bus auream illam ætatem,  
ad nos usque traductam,  
tum demum invenies nihil

reliqui tibi fecisse priores, quod coacto concilio, & tanto molimine rerum providendum sit. Quare vide Pater paule ne dum filiorum carcinomata curari studes, validius serpat hæc pestis, & latius propagata in omnes christianismi se diffundat, in sinuetque partes. Enim vero æstimabit protinus indocum vulgus, hæctenus aberrasse Ecclesiam, dum viderit concilium denuo cogi, & populis nova iura dari. Quod si tantum vetera revocanda sunt, actum quidem agimus, cum in dies labente magis ætate, deteriores multo sint homines futuri, ut

spe-

Disuadet à metu.

Sperare non liceat melius post hac servatum iri disciplinam maiorum, quam aut patres nostri coluerunt, aut posterī reveremur. Quid Diffuadet à difficili. quod illorum plerique, velut deficientes in limine: nec te caput Ecclesiæ confitentur, nec Christianorum cœtum Ecclesiam appellari volunt, controvertunt potestatem tuam, dubitant de clavibus, te successorem Petri, non Christi agnoscunt, te labi, decepti, errare, vel in ipsis causis publicis, & fidei quæstionibus affirmant. Quidagas istis accersito concilio, qui conciliabulum appellant, non concilium?



Quid doceas eos , qui Ger-  
 manum scripturæ sensum se  
 Traductio, solos tenere prædicant. Ut  
 reprimas , & infringas nefa-  
 rios illos gladiatores , qui  
 non solum supra Imperium  
 tuum, sed omne etiam quod  
 dicitur Deus, conscelerarum  
 Repetio. caput attollunt. Mitte Pa-  
 ter resecata membra putres-  
 cere , mitte palmites à vitæ  
 divulsos non florere , mitte  
 hædos separari ab ovibus,  
 mitte male pereant , qui Ec-  
 clesiæ tuæ periculum creant.  
 Comparia Non resipiscant , mihi cre-  
 per repeti- de , qui semel diris se devo-  
 tionem. verunt , qui communia fie-  
 ri omnia volunt , opes com-  
 munes , honores commu-  
 nes,

nes, nuptias communes, cibos sine delectu communes.

Age nunc coge his concilium, qui consilij capaces non sunt, quid dixi capaces; immo qui tuorum maiorum concilia irrident, &

Permissio ironica.

velut aram tenentes, ex eodem poculo ebrij omnes in christianismi perniciem semel iurarunt. Sed finis

Correctio.

iam sit, ne in sententia dicenda, quæ brevis in consilij postulatur, effundi supra quam par est, mihi contingat, aut matori apparatu verborum, quam pondere, & gravitate sententiarum, datum deliberationi tempus extrahere videar. Tantum

Epilogus per obiecrationem.

illud te obsecro Santissime Pater , & per fidem quam profiteris obtestor , ut in ferenda sententia , non quæ primo aspectu arident , pro-  
tinus complectare , sed al-  
tius inspicias singula , &  
cuncta prius præsentis animo  
rimeris , ne sera aberrantem  
sequatur pœnitentia.

*SUASIO CONCILII  
generalis.*

**EUSEBIUS**  
Conciliat  
benevolen-  
tiam à per-  
sona adver-  
sarij.

**S**I quantum eloquentiæ  
repetitiæque antiquita-  
tis proxima Aurelij oratio  
visa est habere : tantum ve-  
ræ pietatis, solidique consilij  
publicis rebus afferret Pau-  
le

le Ecclesiæ præfecte Maxime: non equidem dubitarem relicto omni dicendi labore, in eius sententiam sponte mea venire. Verum cum se procul ab utili, prorsusque hoc tempore necessario concilio diserta magis, quam vera sententia dimoverit, non est cur amplectenda sit mihi eius viri auctoritas, qui cum facundia plurimum valet, ipso quidem tempore, & deliberandi otio dubijs rebus per te dato, more magis declamatorio, quam forensi, & vero intemperanter fuerit abusus. Ex currit ille statim initio orationis per amœnum,

Opponitur  
statim ad-  
versativa,

Ratio ad-  
versativæ.

Ratio altera  
oppositio-  
nis adver-  
sativæ,  
quæ contro-  
versiam sta-  
tus, docilita-  
temque cap-  
tat.

Refutatio à  
mutabili na-  
tura omniū  
rerum.

Propositio  
principalis.

& liberum campum, loci  
communis sublatus aura, ni-  
hil omnino novandum esse  
proclamans in conditione  
hac misera labantis Ecclesiæ,  
sed tenenda semper decreta  
maiorum, veteremque illam  
rigidam, ac severam à pri-  
mis huius Imperij fundato-  
ribus traditam disciplinam;  
qua bene constituta, lateque  
propagata cœpit primum  
Ecclesia florere, nunquam à  
manibus esse dimittendam.

Aberrat mea quidem senten-  
tia à vero Aurelius, nec con-  
ditionem infirmitatis nostræ  
mutabilem satis advertisse  
video, cui si omni ætate, &  
vario rerum eventu, casuque  
quo-

quotidie inopinato, ut est  
natura hæc mortalitatis nos-  
træ multis perse subiecta ma-  
lis, eadem remedia repeten-  
da censet, perdet citius quam  
sanabit ægras Reip. partes.  
Enim vero beatissime Paule,  
quantum ego meminisse pos-  
sum, & initij Religionis nos-  
træ, memoriam recordari  
ultimam, multiformem ha-  
bit Ecclesia vicissitudinem,  
& mutationes varias, for-  
mamque aliam extitisse prio-  
ribus illis sæculis invenio,  
quam maiores nostri nobis  
reliquerunt, dum semper  
in pace consuetudini, in bel-  
lo utilitati parerent, semper  
ad novos casus temporum

Ratio lon-  
gius repetita.

Confirmatio

novorum consiliorum rationes accomodantes. Narrant enim fuisse quondam tempus, cum pulchrum scilicet erat Ecclesiæ abstinere ab idolothitis, à suffocato animante, à fartis sanguine distentis, cum communia erant omnia, & non sua cuique domus, non privatum domicilium, sed intra eosdem parietes cum viris concorditer habitabant fœminæ, cum protibus concionator aliorum erat, quicumque ex imperito vulgo nomen Christo dedisset, cum aqua lustrali tingerentur sine temporis, aut loci discrimine, quos Christus dignatus esset ad  
 Eccle-

Ecclesiam suam, magno quidem, & incomparabili misericordiae munere vocare, cum nemo qui recens esset ex Iudaismo ad libertatem evangelicam ascitus, aut sicarius, aut luxu, vinoque perditus ganeo Ecclesiasticis honoribus, & magistratibus fungeretur. Verum procedente tempore, mutata est conditio Reip. mutata quoque sunt magna ex parte maiorum decreta, qua rata in aeternitate esse non poterunt, quod volente se quotidie, perpetuoque tenore Caelo, plures subeat, mortalitas nostra naturales conversiones, quam ut unis

Complexio:

sem-



Expositio  
per correc-  
tionem.

semper moribus, & legibus vivere queat. Immo vero sic rerum conditionibus, & statui Reip. Ecclesiæ singula sunt à maioribus accomodata prudenter, ut qui leges illas immutabili necessitate in omnem eventum latus nunc esse putaret, non minoris impietatis notatis mihi inurendus esset, quam stultitiæ argueretur extremæ, siquidem omni loco, & tempore reiiciendas esse affirmaret. Sed ut propius iam ad te accedam Aureli: negas celebrari oportere concilium? Quid vero negas? Ais vero homo prudens, oportere omnia novari concilio.

O ineluctabilem rationem!  
vicisti tandem Aureli? Nos  
arenæ cedimus: nos hastas  
abijcimus. Sed age modo,  
& quo iudicio, & consilio  
pondere istud decernas, tan-  
tis per videamus. Omnia in-  
quis concilio novatum iri:  
Rem. profecto ineptam, &  
irridendam prorsus. Istud  
ipsum est Aureli, quod quæ-  
rimus, istud, quod factum  
cupimus, istud, quod utile,  
quod honestum, quod ne-  
cessarium putamus. Nam  
quid rogo aliud præstiterunt  
prisca illa florentis Ecclesiæ  
concilia, aut quid alienum,  
& diversum ab isto tuo sci-  
licet præclaro fundamento,  
quod

Refutatio  
per subrec-  
tionem, quæ  
acrior est cū  
ironia.

Retorque  
causam in ad-  
versariū per  
repetitionē, et  
quæ urgea  
nominem.

Pugnat ab  
exemplo.

quod tanquam ensem iugulo, sic nostræ causæ opponis, veteres illi sapientes, celebratis Ecclesiæ Conventibus, effecerunt, quam ut multis interdictis, alijs mutatis, nova quasi inducta iuventa, aut longo intervallo desita revirescerent omnia, aut alia quæ magis ere dignitateque Ecclesiæ futura putarentur, ex cogitata de novo traderentur Ecclesiæ?

Dilema per  
interrogatio  
nem. ||

Adeo omnes posteros infanire putas, quibus nihil maiorum præscriptis addere, nihil ve immutare liceat per insaniam, aut illos tam insigni, beataque sapientia excelluisse arbitraris, qui ceu  
dij

dij quidam humani venturis  
sæculis in totum prospice-  
rent? Variat se protheus iste  
Martinus nobis subinde co-  
loribus Aureli, atque uno  
temporis momento in mira-  
cula rerum severtit, quomo-  
do tu nodo uno perpetuo re-  
tinendum cogitas? Sed age,  
nihil amplius moror, do ti-  
bi nihil omnino novandum  
esse in decretis maiorum, lar-  
gior veteres mores in æter-  
num complectendos, con-  
cedo antiquam consuetudi-  
nem minime relinquendam,  
quid tum postea babes Aure-  
li? Num à cause, & situ, &  
tanta iam neglectione, & in-  
curia nostra non sunt vindi-

Solutio dile-  
maris.

Condonat  
nonnulla ad-  
versario, ut  
vehementius  
quæ cupit ex-  
torqueat.

can;

candi perditissimi nostri  
mores : non est inveterata  
malitiæ à virtute excutienda  
rubigo ? Non revocabitur  
illa maiorum , præclara dis-  
ciplina , quæ iam elapsa est  
torpore , & inertia nostra  
emanibus ? Quid hæc præ-  
titeris non advocato totius  
orbis concilio ? Ita nullius  
est hoc apud te momenti,  
ut sine Christianorum prin-  
cipum Conventibus , sine  
Caroli Cæsaris maiestate , &  
fortuna , sine Achademia-  
rum propugnaculis , sine  
Monachorum pietate , &  
sanctimonia , qui late per  
Ecclesiæ Imperium dispersi  
sunt , rem tantam , & tam  
divi-

divino auxilio providendam, solus efficere poteris? Sed me rursus mente, & cogitatione quantum potes sequere, dolet enim; quod vir honestis disciplinis ornatus, & ingenio minime malo, minimeque imprudenti, tam verecunde in his rebus nunc aberres, in quibus opes Imperij, disciplina morum, & salus totius Christianismi mihi collocata propemodum esse videntur. Cedo igitur Aureli, si lupus abigat oves, non continuo citatis canibus, & voce ululanti, & clamosa ut stentora etiam vincas, celer, & festinus opem feres: quæ

Irruit acrius in adversarium quem attollit, ut magis statim deijciat.

Contentio est amplificata exemplis, quæ per subiectionem vehementer suscipit.

iam alias à te male multatus; exovili sæpè fugerit? Quæro igitur, si militum tumultus aliquis, aut quod summæ est non infœlicitatis modo, sed terrois etiam Imperatoribus, totius exercitus defectio fiat, non summo statim consilio, altissima, presentique prudentia, & præcibus interdum, ac lacrimis universos à rebellione dehortaberis, singulorum manus prehensabis, iratos suavi blandaque oratione placabis, quod similes seditiones solitus sis antea componere? Quid ais tandem? Si te fracta navi transversum egerit tempestas, non utcumque

que vel oblato ad nixus  
remo, vel ex proximo arrep-  
ta tabula in litus enatare co-  
naberis, quod iterum naufra-  
gium evaseris? Hac lege de-  
trecta pharmaca, & catapo-  
tia egrotus, quod idem recur-  
rerit morbus, a quo luctuo-  
sissimo pestis turpi medici-  
næ beneficio fuisti libera-  
tus. Sed mitto iam tecum  
loqui, quem erroris consci-  
entia confusum, ac laban-  
tem intueor: & te Pater Pau-  
le unum appello, cuius for-  
tissimis humeris tota hæc  
domus Ecclesiæ inclinata re-  
cumbit, cui nisi in tuæ pe-  
utroque iam cornu laboran-  
ti succurris, actum est (quod

Permiso irō-  
nica

Apostrophe.



*Liber secundus*

Deus avertat ) de imperio tuo , quod si divelli , ac subverti funditus non poterit , propterea quod super petram fundatum sit , totum tamen ædificium multis laxatum partibus , crebro flagitiorum ariete lababit. Nam quid hic memorem bone Deus , monstra, & prodigia scelerum immania, quibus hostiliter oppugnetur scapha ista Petri , mille iam ictibus perforata? Tu nosti Pater Paule , nova malorum lerna inundari quotidie terram , quæ velut undique effuso Nilo terribilissimas pestes gignit , Hispania in primis quæ unicum

Reli-

Narratio intercurrente  
statu Ecclesie,

Religionis nostræ præsidium est, ardet avaritia, ut æstu immoderatæ cupiditatis in Ecclesias usque ipsas iam erumpat flamma, tantumque (non dicam Symoniæ) nam id durum vocabulum est: sed aviditatis aureo piscandi hamo redditus, & vectigalia Ecclesiæ, quæ pro avito, & gentilitio patrimonio posteris permanus relinquuntur, incendium est excitatum, ut nullis lachrimarum undis iam restingui queat, atque ulterius fortassis flagrantes immitteret faces, nisi alium vulcanum, & Ciclopas alios timeret. Gallia vero tota his

annis proximis dissidebat bellis, conabaturque more gigantum admissis intra sacros Lares, & Christianissimæ olim Franciæ penates, Turcis immanissimis Religionis, & pietatis nostræ hostibus, Carolum detrudere, ab orbis Imperio sed stultitia, simul, & impietate dignum pretium tulit. Multum præterea à maiorum constantia, fide, & Religionis laude degeneravit, ac nescio quomodo severa illa, & ab exteris semper nationibus laudata morum disciplina, iam pridem inoleverit. Iam vero Anglia, quod indignum quidem fuit tam

nobili, & multarum antelatione virtutum prædicatatione, nuper domi monstrum ab it, impegisseque dicebatur in petram, & offenso pede claudicare. Nam quid ego de Germania dicam? Quid loquar? Quæ aures ita duræ, ita ferre sunt ut verbum ex me unum sustinere queant? O pietas antiqua, & prisca fides, quam multis monstris illa, quæ fortis cognomen semper habuit! Nunc dilaceratur Germania.

Exclamatio  
pathetica.

Prodiit enim nuper memoria patrum, quidam est Germania crudelissimus, immanissimusque aper, qui vineam illam Domini Sabaoth

Metaphora  
heretici Lutheri,

multorum Martyrum irrigatam sanguine, innumerabilibus excultam sanctorum meritis, miseris modis totam deformavit, ut nihil ex illa tanta amœnitate, & ubertate Religionis reliquerit, quod non sit summa impietate, & sacrilegio populatus. O rem miseram, & calamitosam conditionem præsentis seculi, cum infimum iam est omnium scelerum, vixque inter crimina connumeratur, quod sis adulter, gladiator, latro, sicarius, parricida, ganeo, nepos! Quod si hæc pro nihilo ducit malitia hominum cæca, & deplorata, qualia putas Sanctissime Pa-  
ter

**Exclamatio.**

**Congeries.**

**A minori ad maius, amplificatio.**

ter esse, quæ pessima, & nefaria existimat, qualiaque sacrilega, & naturæ, deoque adversa? Sed cur ergo tam multum de misero, ac calamitoso Reip. Christianæ statu, loquor? Nec me amplius Pater Paule, sed ipsam potius audi sic apud te de infortunio suo querentem Ecclesiam. Quid agis sanctissime Paule? Adeo ne altum dormis somnum, ut voces meas, & clamores non audias? Expergiscere tandem (si me salvam, & incolumen cupis) ex isto gravi, & profundo mentis lethargo. An non audis sponsam male multari ab hæreticis? Ex  
scin-

Epilogus

Protopopœia, qua introducitur Ecclesia ex-  
postulans cū Pontifice.

scindi à Schismaticis? Delu-  
 di à foeneratoribus? Excar-  
 nificari ab impijs? Dilace-  
 rari à sacrilegis? Non te  
 mei cura tangit? Hiccine  
 amor ille est, quo sic te oportuit,  
 erga me flagrare, ut  
 pro salute mea si opus esset  
 vitam etiam impenderes?  
 Cur formosam obsecro, fæ-  
 dari tam æquo animo pate-  
 ris? Cur aduncis miluorum  
 rostris discerpi columbam  
 negligis? Age concilium co-  
 ge, Vicarie Christi, coge  
 Conventus, coge senatum,  
 & eijce domo mea sentinam  
 istam malorum, eijce pestes,  
 & monstra, quæ interitum,  
 exitium, & vastitatem, qua-  
 dra-

draginta circiter continuos  
annos mihi minantur impu-  
ne. His te compellat Eccle-  
sia verbis beatissime Paule,  
cuius lachrimas, & lamenta,  
ne ipsi quidem nefarij, &  
sacrilegi homines sine sum-  
mo dolore possent audire.  
Tu vero per summam istam,  
& amplissimam dignitatem,  
quam geris, fac, ut aliquan-  
do his malis relevata, quies-  
cat Respublica Christiana,  
quæ tantis nunc agitur  
procellarum tempe-  
tatibus.






**DE GENERE IUDICIALI.****CAPUT I.**

**F**Orense genus in totum  
iam exolevit, quod  
vivente etiam Cicerone,  
magna ex parte mutata Reip.  
conditione languere cæpit.  
De quo non semel queritur  
Cicero, occiosum quidem  
oratoribus esse forum, ob  
situm dissuetudinis situ elo-  
quentiæ curriculum, subla-  
tam denique contentionis  
gloriæ arenam. Et magnum  
certe fuit, quandiu duravit  
illud iudiciorum Theatrum,  
quo exteræ peregrinæque  
na-

nationes ius suum repetituræ, confugiebant. Sed unius Cæsaris dominatu usurpata Resp. caruit hac luce, & forma administrationis. Hinc quidem sublatis virtutis præmijs, minus in dies cœpit esse studium eloquentiæ, quod per varios casus, & temporum vicissitudines, ad nostram usque ætatem multum dissimile antiquæ magestati pervenit. Hoc autem truncum, lacerum, deformatum, ita tamen ut eloquentiæ quædam quasi obscura vestigia potuisses cognoscere, multorum disertorum opera, qui avorum, & patrum, & nostra floruerunt  
me-



memoria : non sine longo  
dedesirio nostro in Hispa-  
nia accepimus. Quare cum  
nullum huius generis usum  
hoc tempore esse animad-  
verterem, nihil afferre utili-  
tatis communibus studijs  
cum laborem iudicavi, qui  
in revocandis ad ætatem  
nostram antiquis iudicijs vel  
exponendis etiam forensis  
styli præceptis, futili, in-  
anisque opera impenderetur.  
Præsertim cum genus hoc  
iudiciale, multa cum de-  
monstrativo, sed plura cum  
deliberativo habeat commu-  
nia, ut qui duo illa noverit,  
magnam huius teneat, etiam  
partem, necesse sit. Sed ut

ex Rethorum fontibus aliqua  
huius quoque generis deli-  
bemus. Status, causarum,  
de quibus longa, & perple-  
xa est apud præceptores ar-  
tis dicendi disputatio, quam  
poterit fieri brevissime ape-  
riemus. Status itaque est ca-  
put generale causæ sive  
quæstionis, ad quod, qui  
dicit, omnia confert, &  
quod auditor precipue spec-  
tat, velut in causis fo-  
rensibus an sit factum,  
quod præcipue spectatur  
obijcitur, quale sit, & quid  
sit. Primus status dicitur  
coniecturalis, sive inficialis.  
Alter qualitatis sive iuridi-  
cialis. Tertius finis, sive de-  
fini-

finitivus. In primo verum queritur, coniecturis. In secundo, quoniam de facto convenit, an iure factum sit. In tertio, quoniam de utroque nulla est dissentio, definitione queritur nomen facti, quamquam interdum mutato nomine crimen quoque tollitur, veluti si Milo cædis reus negasset Clodium occisum, fecisset statum coniecturalem, nunc quoniam id fatetur, superest alia coniectura, uter alteri insidias fecerit, quæ includit statum qualitatis, nam in confesso est per insidias adorientem iure accidi. Sic Orestes non inficiatur matrem à se occisam

sam, sed nititur statu qualitatatis, affirmans iure occisam. Item si reus confiteatur se substulisse pecuniam profanam è loco sacro, furri crimen agnoscat, sacrilegij non agnoscat, dicens tum demum sacrilegium esse, cum res sacra tollitur de loco sacro. Aut si quis habuit rem cum uxore aliena in lupanari, stuprum fateatur, adulterium neget. Aut si queratur utrumque: Amatorium, odijve potionem dedit, teneatur veneficij, an iniuriæ tantum nomine. Porro ducitur status optime inventa indicatione, at vero iudicatio ex intentione, depulsione, ra-

Et tio-

tionē (firmamento, & continente) petitur: quæ res veteri, communique Rhetorum exemplo constare facillime possunt. Ut Orestem parricidij reum ago, quia occidit matrem, intentio est. Depulsio: Occidit, sed iure, cui protinus additur ratio. Illa enim occiderat Agamemnonem, Orestis patrem, suum maritum, nec hoc contenta, pro occiso induxit adulteram. Huic actor opponit firmamentum. Non propterea tamen oportuit matrem à filio indemnata occidi, poterat enim pœnas dare legibus. Firmamento reus opponit continens. Illa hoc

hoc animo erat in liberos,  
& in totam familiam, ut non  
decuerit eam ab ullo magis  
occidi, quam à liberis, nec  
id. citra auctoritatem fecit  
Orestes, sed admonitus ora-  
culo Appolinis. Ex his com-  
missis nascitur iudicatio,  
cum Clitemnestra occiderit  
Agamemnonem; & induxe-  
rit adulterum, ac tali animo  
fuerit in suos, tum cum  
Apollo id admonuerit, an  
Orestes iure occidit matrem.  
Hæc rhetorum preceptio ni-  
hil aliud agit, nisi ut dictu-  
rus vigilanter circumspectat,  
quid pro se facit, quid pro  
adversario, aut dissentiente.  
Et iudicatio nihil aliud est,

Et 2 quam



quam extremus causæ status, quo reperto nihil superest, nisi ut iudex pronuntiet, Hinc illud etiam plane colligimus, plures in unam causam status incidere, unum tamen esse potissimum, de quo sit iudicandum. Inven- to tamen statu si hypotesi continebitur, producenda protinus erit causa usque ad Thesim, sive quæstionem universalio- rem, ut cum uberiori fructu, & argu- mentorum fœnore ad causam ipsam revertaris. Ut si in de- liberationem, controversiamque à proceribus Hispaniæ hoc tempore vocetur. Conveniat ne Philippum  
Hispa-

Hispaniarum Principem: credito procuratoribus Regno, procul à patria peregrinari, dum Carolus Cæsar longissime abest, atque in his sit nunc locis, quæ Regiones Imperium Germaniæ rebus illius gestis definiunt, relicta tantisper Hypothesi, sive quæstione finita, infinitam prius, & generalem tractandam censeo. An conveniat Principes peregrinari. Posterius vero ad propositam causam descendendum est. Ab his itaque, quæ ampliori significatione cæteris præstant, eloquentiæ opes velut subsidia causis petuntur. Iudicialis oratio tamen

quinque absolvitur partibus, exordio, narratione, confirmatione, confutatione, Epilogo. Has tamen non perpetuas in omnem rerum eventum sic præscribimus, ut si Orator unam omiserit, non perfectam propterea orationem putemus. Nam quid narrabit actor, ubi crimen, cuius reus accusatur, sponte sua confitetur? Repudianda igitur eo tempore generalis narratio est. Nam particulares narrationes quam plurimæ in actionem incidere possunt, quemadmodum in causa Cluentij permultæ sunt. Sed hoc præceptum postremo:

om-

omnium Rhetorum auctoritate etiam atque etiam commendari solet, ut ars ipsa occurreret, quod summa quidem artis esse putant. Cavetur enim à iudicibus, qui in dicendo artem detegit; quod se ab illo circumveniri arbitrentur. Reliqua petant studiosi ex genere demonstrativo; & deliberativo, à quibus paucis remotis, non multum iudiciale distat. Sed ut pleniori obsequio amatores eloquentiae demerent, exemplum declamationis in hoc genere à me non multis ab hinc annis elaboratae, quam nomine ipsius Ecclesiae in Luthe-

rum lusi, sponte mea proponam.

**ARGUMENTUM**  
*declamationis iudicialis.*

**P**ER conformationem, quam profopopeiam Græci vocant, more institutoque declamatorio persona Ecclesiæ introducitur, quæ in iudicio expostulat cum Luthero. Causa agitur coram Paulo Tertio Pont. Max. in conventu universalis Synodi. Status est iudicialis: An iure: vel iniuria Lutherus accuset Ecclesiam.

\*\*\*

DE-

DECLAMATIO ECCLESIAE  
contra Lutherum.

**Q**UAE multum, & sæpè præcata sum à Deo ipso immortalis Paule Christi Vicarie Maxime, ut coacto aliquando per te concilio amplissimo, in quo de rerum mearum statu, misero, atque calamitoso ageretur, hæc eadem hodiernus dies magno, & singulari eiusdem numinis beneficio attulit. Neque enim huius mei sive Desiderij, sive perpetuæ depræcationis ardor, ita ante hoc tempus consopitus fuit, ut  
non

Expositio  
quæ sumitur  
à loco bene-  
volentia per  
deprecationem,  
& commemorationem  
beneficij dei opt.  
max.

Ratio expositionis.

Redditio ra-  
tionis.

Redditio-  
nis expositio  
per cō-  
miserationē  
mouet affec-  
tus.

non totos iam triginta annos  
ad aures usque tuas, quam-  
libet à me remotas, & pere-  
grinantes non pervenire po-  
tuisset. Etenim summis ego  
semper exoptavi votis, quot-  
tidianisque precibus à divīs  
omnibus, & cælitibus con-  
tendi, ut diem unum tan-  
dem terris fœliciter exoriri  
vellent, cum una ego iudi-  
tio tuo cum meis adversarijs  
sisterer, ut aperditissimis  
gladiatoribus crudelissimis-  
que hostibus vexata, per te,  
ac tuam fidem aliquando re-  
crearer. Nihil quidem toto  
illo tempore (quod longissi-  
mum fuit) ex quo à pietate  
christiana, fideque mea de-  
fe-

fecit Martinus Lutherus, me  
una aut laboriosius quic-  
quam fuit, aut certe solli-  
citem, & exercitum magis,  
quod viderem equidem  
unius hominis dolo, & per-  
fidia (si homo ille appellan-  
dus est) qui violatis natu-  
ræ legibus, sine mente, &  
iudicio, plusquam ferino  
more, multis iam annis vi-  
vit misera, funestaque ca-  
lamitate universam temp.  
christianam propemodum  
labefactatam, cuius ego sa-  
luti tantisper timui, donec  
coacto, auctoritate tua ge-  
nerali totius Imperij, Orbis-  
que terræ concilio, tanta  
pestis tolleretur è medio.

Correctio.

Fue-



Complexio  
sive conclu-  
sio exordij.

Fuerit haec ista Ecclesiae  
iactura Pater Paule , quasi  
fortuna quidam reflantis lu-  
dus , dum maiori post hac  
pictatis faenore , fideique lu-  
cro pleniori status Imperij  
nostri pristinus revocetur,  
ut vel eos ipsos , quos acer-  
rimos , coniuratissimosque  
dignitatis nostrae inimicos  
pertulimus , devinctissimos  
in posterum amplitudinis  
Ecclesiae amicos experiamur.

Premollitio  
stacus.

Verum illud initio orationis  
meae tibi , ac Deo ipsi opti-  
mo maximo testor , non sic  
me in meos animatam esse  
adversarios , ut crudele  
eorum exitium , caedem, vas-  
tatem : magis quam salu-  
tem,

tem, incolumitatem, mentem  
meliorem vel ante id tem-  
poris exoptaverim, vel nunc  
vehementer cupiam. Quam-  
quam ea est atrocitas crimi-  
num, & scelerum inveterata  
malitia, ut gravem animad-  
versionem, & horrendi  
exempli supplitium merere-  
tur. Verum recordor, ne-  
que id sine ingenti animi  
mei dolore fuisse aliquando  
filios, qui capitales hostes  
nunc sunt, uberibus meis  
educatos, qui suis modo  
dentibus pectora, quæ luxe-  
runt, dilaniant, discipli-  
nam pietatis nostræ pueros  
didicisse, qui natu gran-  
diores parentis leges oppug-  
nant,



Constituitur  
statu an Lu-  
therus iure  
accuset Ec-  
clesiam.

nant , maiorumque decre-  
ta rescindunt , & quod  
gravissimum omnium est,  
me sponsam Christi,  
illam unice dilectam , il-  
lam inquam , sine ruga,  
& macula cælesti semper  
puritate nitentem , adul-  
terij ream agant. Sed ut in-  
de oratio mea proficiscatur,  
unde hæc omnis causa duci-  
tur , iugulum totius contro-  
versæ petam , propiusque  
ad eam litem accedam , quæ  
mihi manifesta calumnia,  
inveteratoque odio , & in-  
vidia à meis adversarijs in-  
tenditur. Quanquam non  
tam mihi illud per totam  
actionem conandum est , ut  
dig

Statuitur  
propositio  
affirmativi  
status.

dignitatem meam videar  
tueri magis, quam ut tur-  
batum Lutheri animum,  
mentem fluctuantem, &  
confusam, ingenium im-  
mensis tenebris occupatum:  
errore eximam, invidia li-  
berem, vero confirmem.

Nam quis ut iam tecum  
congregiaui sacrilege Luthe-  
re, æquo, tacitoque ani-  
mo ferat, immo quis quan-  
talibet voce possit, non  
principio statim causæ ex-  
clamet, erroris mihi macu-  
lam fœdissimam abs te inu-  
ri: quod liberi quidem mei  
humana interim ratione per-  
suasi, fragili, incertoque  
ingenio hsi, labantur sæpè,  
ri-

Ab indignatione incipi  
argumentari

Apostrophe  
ad Constantinum, &  
Phocam Imperatores.

ridiculeque decepti nugen-  
tur, in rebus? Quis vos ò  
Constantine Magne, &  
Phoca Imperatores Religio-  
sissimi, hoc loco non ap-  
pellet, fidemque illam ves-  
tram, quam mihi inviola-  
tam, immortalemque ser-  
vastis: quorum donis am-  
plissimis maiestas, & ampli-  
tudo accessit ab eo tempore  
Imperio nostro, non implo-  
ret, nunc bona illa, quæ  
benefitio sane Regio, &  
Augusto mihi obvenerunt,  
à Martino Luthero invadi,  
in unam omnibus hæreticis  
coeuntibus vocem, horren-  
dumque proclamantibus,  
venenum in Ecclesiam co-

tem:

tempore profusum , cum  
 primum opibus liberalitate  
 vestra donata fui ? Iam vero  
 quantæ est illud atrocitatis  
 crimen , propter paucorum  
 admissa , quos vel imbecil-  
 litas humana in luxum sol-  
 vit , vel furor perturbatæ  
 mentis rapuit in præcipi-  
 tium malorum , argui pro-  
 tinus monachorum seces-  
 sum , inculari cælibatæ ,  
 culpari instituta maiorum ,  
 elevari ceremonias , & ea lu-  
 dibrio haberi omnia , quæ  
 cum per se pulchra sint , &  
 honesta , perperam quis  
 usurparit. Aberras plane  
 Luthere , & nugaris in cau-  
 sa ; cum de filiorum erratis

Dilutio ob-  
 iectæ quæ-  
 tionis à Lu-  
 thero per in-  
 firmationem  
 quod sumi-  
 tur à parti-  
 bus ad gene-  
 rale , ut sunt  
 artes , & inf-  
 tituta vitæ ,  
 qui sane mo-  
 dus argumen-  
 tationis nu-  
 gatorius est.



matrem ipsam accusas. Confet pedem propius, & calumniæ tuæ commissum nefas conspicies. Quid hæres Luthere? Quid titubas? Quid consciencia recte facti retardaris? O Deum immortalem! Cuius ego monstri artes pertuli, in cuius feritatis colluctatione duravi. Sed redeo ne interim emani-  
 bus elabare. Cædo scelera-  
 te tam capax es Sycofantia-  
 rum, & malignitatum, ut  
 erroris mihi crimen obijeas,  
 quod liberi interim aberrant  
 mei? Unde tanta tibi mate-  
 ria mentiendi? Unde pec-  
 tus tam fœcundum fraudi-  
 bus? Confiteor equidem in-  
 ter.

Per exclama-  
 tionem erū-  
 pit affectus.

Subiectio

terdum aberrare filios. Sed dum matrem non audiunt, dum sibi blanditur, dum proprijs viribus fidunt, dum sponsi presentiam non requirunt, dum divina tractant infirmitate freti humana. Hæccine matris ais esse peccata, filios parum morigeros invita matre peccare? Num ob id fortassis servum arbitrium, facis, & imperiosam necessitatem voluntati hominum imponis, ut cum filij peccaverint, mater una luat pœnas? Quid ego commerui, aut quid deliqui Luthere, si Ioannes ille Pon. Max. qui vigessimus secundus huius nominis con-



Contraria  
in sensu per  
similiter ca-  
dentia.

numeratur, turpiter erravit?  
Et Cælestinus Papa dum  
mori timet invitus disces-  
serit ab Ecclesia? Errarunt  
quidem illi non inficior?  
Sed homines errarunt, non  
Pontifices, victi infirmitate  
humana, non Cœlesti, di-  
vinaque ope sustentari, pri-  
vati, non prælati, ut magis  
perfecto fuerit humanæ fra-  
gilitatis: quod peccaverint,  
quam potentia, & magis-  
tratus quod à peccato subla-  
ti fuerint. Sed age, omnia  
rogo scrupulose agantur,  
quamquam non sustineo in  
tanto animi motu argu-  
menta conquirere, nec im-  
petus indignationis meæ in  
digi-

digitos descendit. Sed in formulam modo resipiscas Lutherè, utcunque veniam. Quid enim pro salute tua non feram? Sublata mihi omnia bona cupis, ademptas opes, ereptas facultates. Quo meo tandem nefarie merito? Qua noxa? Quo piacululo? Luditur inquis totum ævum à proceribus Ecclesiæ alca, patrimonium Christi, cum scortis, & ganeonibus confumitur, equi aluntur, & canes, parasiti, & scurræ laute accipiuntur, dum pauperes Christi fame, frigore, solitudine, & mærore oppressi passim in nuda humo prostrati, sine ullo

Obiectio

miseriarum levamento mori-  
 untur. Nec his tantis tamque  
 atrocibus malis aliter occur-  
 ri posse proclamas, quam si  
 illud Constantini in Eccle-  
 siam respectum venenum  
 his tuis salutiferis amuletis  
 foras eijciatur. O nimium  
 invidendam opulentiaē con-  
 ditionem, quam nec ferre  
 possumus, dum suppetit, nec  
 patienter sustinere cum ab-  
 est. An inopia putas Lu-  
 there magnatum luxum co-  
 erceri posse? Nepotumque  
 prodigalitatē dura pauper-  
 tate frenari? Non habitant,  
 mihi crede, una pudor, &  
 fames. Nam cum semel sæ-  
 vite cœperit impotens illa  
 do-

Pet locum  
 communem

domina , adiget certo scio ,  
consceleratos homines , ven-  
tris , & libidinis mancipia ,  
in atrociora crimina , quam  
opulentia , divitiarumque inso-  
lentes antea perpetrabant.  
Perdant illi quantum volunt  
Ecclesiarum opes , de coquant ,  
consumant , profundant ,  
num protinus durum pau-  
pertatis iugum imponen-  
dum est ? Aut quod tibi ma-  
gis placere video , in com-  
munionem , & usum om-  
nium hominum divitiarum re-  
digendas esse censebis ? Stū-  
peo per fidem cavillis tuis  
Luthere , & magis exhor-  
reo mendacium , cum vero  
similius est. Sed detegit se

tandem, homo imprudens,  
ista tua simulata ars, & de-  
tracta pietatis persona, quam  
falso obtendis, insidiæ pro-  
ditionis tuæ aperiuntur. Ve-  
lim mihi vires sufficerent,  
& latera durarent diutius,  
aliquid enim ex iam aridis  
faucibus residuæ vocis exi-  
ret, quo tot gentium, &  
Germaniæ primum late pa-  
rentis imperij miserabilem,  
funestissimūque casum tuis  
Luthere illatum facibus, tuis  
incendijs immissum deplo-  
rarem. Quanta hic mihi in-  
dignatione opus erat: ubi  
pro tot hominum millibus  
dolendum esset, quos tu doc-  
trina scelerata, ac nefaria  
per-

perdidisti? Quæ par crimi-  
ni erit poena? Quod suppli-  
cium? Quis cruciatus? Sed  
age rursus, nam dolor per-  
ditionis tuæ abtrumpit mi-  
hi subinde orationis filum.  
Redi mecum unâ ad causæ  
statum, in quo nostra con-  
troversia erat. Adimis mi-  
hi parce, & frugalis homo  
opes universas, agros, red-  
ditus, vectigalia, cultum,  
satellitium, domesticum  
splendorem. Rara ista pro-  
fecto est frugalitas tua, &  
parsimonia, qua vel claris-  
simorum Imperatorum do-  
nis nos expoliari cupias. Sed  
mitto hoc tecum expostula-  
re, & illud mihî statim res-  
pon-

Ironia.

Transitio ad  
 aliam quæ-  
 tionem.

Inductio.

ponde. Quo tu animo ima-  
 gines, templa, ceremonias,  
 confessionem auricularem  
 tollis? Usque adeo ne Ro-  
 manæ Ecclesiæ fastidium te  
 capit, ut nihil quod illius  
 sit, non detesteris? Nihil  
 video equidem quod tibi  
 placeat, quod nostrum sit.  
 Non placet celibatus, non  
 monachus, non solitudo,  
 non auricularis confessio,  
 non Eucharistia, non secre-  
 ti ordinum prærogativa Sa-  
 cerdotes à sæcularibus, non  
 liberum arbitrium, non de-  
 creta Pontificum, quid de-  
 mum placet. Atqui mira-  
 bilis est ingenij tui natura:  
 cui ex tanta rerum copia ni-  
 hil

Nil placeat. Necessse est per  
fidem , ut vel tu inter rot  
mortales unus sapias , reli  
quique omnes stulti aberre  
mus , aut ipse ( quod palam  
in hoc sacro , amplissimo  
que concilio testamur ) per  
fidiose labaris , nobis ex ad  
verso fide consistentibus.

Subiectio.

Seq quis impetrabit : ut er  
rorem tuum agnoscas Lu  
there? Num tu? atqui ser  
vo es arbitrio , & fatali ne  
cessitate libertatis fores tibi  
occlusisti. Num qui à te sunt  
hæretici? Illi vero eodem in  
sanæ poculo ebrij omnes te  
cum ad aras bacchantur.  
Num ego? En si cupis, adsum  
adhuc mater cui noxium vi



rus miscuisti, sed refusum est  
facinus in authorem suum.

*Amplificat.*

O Deum immortalem ! quot  
tibi uno crimine mala pepe-  
risti Luthere. Excidisti mi-  
ser ex domo illa æterna, ubi  
sydera volant, & sacri tor-  
quentur axes, ubi humanis  
se offerunt oculis sanctorum  
agmina, ubi beatæ illæ men-  
tes sempiterno ævo fruun-  
tur, ubi lætissimum numen  
se patitur ab omnibus vide-  
ri, quo nemo pervenit, ne-  
mo Ecclesiæ Romanæ hostis.

*Repetitio*

Tu tibi hanc fortunam fe-  
cisti infœlix. Quod si nunc  
daretur tibi tantisper in te  
descendere, & purgatissimis  
oculis præsentem vitæ tuæ

CON-

conditionem inspicere, non dubito, quin te ipsum statim exhorres, & velut quoddam immane monstrum squalido ore, barbaro, & ferali murmure, totas evomens stigas pestes continuo fugeres. Sed non vides insane, quod tibi oculos effoderis, & cæcitatæ remedium non quæris. Quid vero non quæris? An luce ipsa forsitam offenderis? Maius hoc malum ipsa oculorum Orbitate est. An salutem desperas? Et id præterito crimine gravius est multo. Ignosce tibi iam tandem Luthere, parce miseræ tuæ, pete veniam, laxa dolori habenas, funde

Hipetiposis

Subiectio.

Epilogus  
per disiunctionem, quæ  
celeritatem  
affert, & venientiam

funde lachrimas , precare  
 divos , macta hostias , decerne  
 supplicationes , exorabis ,  
 mihi crede , peccati veniam.  
 Quin omnes , quotquot huic  
 coronæ , concilioque adsu-  
 mus , in unam coeuntes vo-  
 cem , clamemus , supplices-  
 que ad Deum ipsum Opt.  
 maximum manus tendamus ,  
 ut per eius immensam mise-  
 ricordiam à furore , & men-  
 tis insania resipiscas.

Excudebat Compluti Io-  
 annes Brocarius idque visum  
 approbatumque consilio , &  
 mandato admodum Reve-  
 rendi Domini Licentiati  
 Francisci Martinez , in To-  
 letana Metropoli Vicarij mo-  
 de

*de Ratione dicendi.*

463

deratoris. Anno christianæ  
salutis quingentesimo qua-  
dragesimo octavo supra  
millesimum, mense  
Octobri.

F I N I S.

